


colorchecker CLASSIC



xrite



969



1000

e

~~10283~~

Réparé à l' atelier de
la bibliothèque en 1973
Mr Perrot - Minnot

3
REGVLE ELEGANTIA RV M
Augustini Dati familiari cōmentario de
claratę. . . *Jo. Clichroveti*



Cludocus Clichthoueus Neoportunēsis Theo-
baldo Paruo insigni doctori Theologo.

Quanquā litteraria disciplina (quā grāmaticē dicūt
ceteris lōge dignitate sit inferior dignissime viri
vt quē dūt axat litteras / syllabas / dictiones / earūq;
accidētia / & orationū ex dictionibus cōpositionē
doceat: ceterē autē disciplinē mltō altiora / ublimiora cōsi-
derēt: nō in ceteris min⁹ necessaria ē: imo vero magis vtpote
sine qua ceterē acqri nequeāt. Quofit vt nō oīno pretermittē-
da negligēdaq; sit: illis presertim qui ad litterarū cognitionē as-
pirāt: imo vero tāto diligēt⁹ expetēda: quāto plures incōmo-
ditates affert neglecta. Quis enī nullo iactō fūdāmēto solidū
cōstruxerit ēdificium? Quo ingenio surgēt parietes & tecta
nullis basib⁹ ta nixaq;? Grāmaticā autē ceterarū disciplinarū
basim & fundamentū esse ambigit nemo: quod nisi firmū fue-
rit quicquid superextruxeris corruet. Nēpe vocibus signifi-
cantur que in aīmo & cogitatiōe versātur: & sermo ad conse-
quēdas disciplinas vt apprime necessari⁹ ita accōmodatissi-
mus ē. quē haud secus docet grāmatica recte cōponere: q̄ ma-
ter linguā vernaculā: quocirca & mater ē & nutrix ceterarū
disciplinarū: quas sic grāmatica sibi vēdicare potest nemo: vt
neq; puer adolefcere q̄ prius a matris vberibus nō pepēderit.
De ipsa autē cū diuersi diuersa tractauerit & sui laboris monu-
mēta posteris tradiderit: inter ceteros Augustin⁹ datus Senē-
sis latinę linguę peritissim⁹ isagogico libello ita oēm rectē lo-
quēdi rationē cōplexus ē: vt nihil quod ad hanc artē attineat
pretermisisse videatur. Siqdē in eo mira breuitas ē: intellectui
ad quippiā percipiendū ī primis amica. Cui qdē breuitati an-
nexa ē locupletissima sententia paucis ad modū verbis com-
prehensa: & tāta insuper sermonis elegātia verborūq; maie-
stas: vt eā ex Ciceroniana officina de prōpisse videatur. Sed
facit hec sermonis grauitas vt nō facile ab adolefcētibus capi
possit: perinde atq; solidus cib⁹ a teneris infantulorū dentib⁹
frangi & cōteri nequit: nisi nutricis cura & diligētia prius cō-
minuatur & molliatur Itaq; huiusce operis difficultatē clario-
ri expositione tollendā ducēs: familiarē in ipsū cōmentationē
parare aggressus sū: & e tenebris erutū adolescentū oculis vel
tenue lumē percipere valētib⁹ perspicuum efficere: quo diuti-
iuuenes qui tuo equissio moderamine: curaq; peruigilis omnis

litteris instituitur: omnem loquendi barbariam exuant: & cū
 tenera etate latini sermonis eloquentiam imbibant: simul vt
 ceteri huius alme parisiolorum academie adolescentes (quib⁹
 presens opusculum ad cognoscendas elegantiarum leges lec-
 titari & manibus versari solet) ex hoc meo quātulocunq; stu-
 dio commodum capiant / facilioremq; habeant ad ipsum in-
 telligendum viam. Nullam in eo sermonis leuitatem refugii:
 mihi persuades n^o il iuuentibus facile nimis tradi posse: mol-
 lioreq; cibos tenerisculis annis gratiores esse. Adieci & bre-
 uem admodum in triginta regulas elegantiarum Francisci ni-
 gri declarationem, q̄ ipse Augustini dati regulis apte respō-
 deant. Hoc igitur opusculum tuę dignitati commendatum
 tuaq; fultum autoritate (si ita conducere tibi visum fuerit) in
 lucem exeat: & tuis auspiciis in ceteros transfusum: omni⁹
 vtilitatem & emolumentum afferat.

Vale.

AUGVSTINI DATI SENENSIS ISAGOGICVS
libellus in eloquētię p̄cepta ad andream domi Christofori fi
liū: cū familiari cōmētātōe Iudoci Clichthouei neoportuēsis.



Redimus iam dudum a ple-
risq; viris etiā disertissis p̄-
suasi: tū demum artē quę pi-
am in dicēdo nullā adipi-
sci: si veterū sectat⁹ vestigia:
optia sibi quisq; semp ad imi-
tandū p̄posuerit. Neq; eni

qui diuti⁹ in Marci Ciceronis lectione versat⁹ sit
non in dicēdo & ornatus / & copios⁹ esse poterit.
Nam & horridiora crebrius conlectati: ipsi quo-
q; aridi / ieiuni / & inculti si at necesse ē. Lectitanti
igit mihi Ciceronis volumina (quę eloquētię paren-
tem appellaueri) pauca a notatione digna visa sūt:
q̄b⁹ si vtemur vulgariū sermonem aspernati: ad
eloquentiam proximū accedemus.

Ars.
Imitatio.
Exercita-
tio.

Cum tria sint q̄bus perfectā eloquētię artē cōsequi possum⁹:
ars scilicet / imitatio & exercitatio: Ars ē p̄ceptio quę dat cer-
tā viā / rationēq; loquēdi. Imitatio est / que ipellit cū ratione: vt
aliorum siles i loquēdo efficiamur. Exercitatio ē assidu⁹ v⁹ /
cōsuetudoq; recte loquēdi. Artem traditur⁹ ē auctor: certis q̄-
busdā legib⁹ breuissie cōprehensam: mime tñ sic assidua exer-
citatione pro futurā: vt facile itelligāt oēs hanc p̄ceptionis
rationē: ad exercitacionē accōmodari oportere. Ad imitatio-
nē aut hoc p̄hōemio studiosissim quęq; iuitat: ei⁹ oñdēs vtili-
tatē q; via ē facillis ad verā eloquētię cognitōem pueniēdi: cū
qs eo pacto loq; conabit quo latine liguę p̄tissi locuti sunt. At
nō oēs temere imitādos monet: xum doctos solū & Ciceronē
ip̄tini oīm facile oratorū p̄cipē q; quāto fuit aliis eloquētia
p̄stātor: tāto & ceteris ad rectā imitacōez p̄ferēd⁹ ē. Quod
& Quintilian⁹ de Cicerone loquēs his verbis admonet. "c igitur
spectem⁹: hoc propositū sit nobis exēplū: ille se p̄fecisse
sciat: cui Cicero valde placebit Ergo qdā ex Cicerone notata

elegantiarū documēta auctor se traditurū profiteretur: ad exor
 nādā orationē multū cōducētia. Ifagoge plurali nūero & pri
 ma inflexiōe/aut ifagoge: significat introductionē: hoc est
 primā eorū q̄ ad alicui⁹ sciētīę cognitionē perducūt traditio
 nē. Inde liber ifagogicus latine introductorius dicitur: q̄ pri
 ma alicui⁹ artis rudimēta/gnātim tradit. Ieiuni/incultū & a
 ridi sūt: q̄ triste habēt oratiōis genus & mīme gratū. Illi vero
 horridiora cōsectati dicūtur: q̄ auctores imitātur incultos &
 scabrosos. Vulgariū sermonē aspēnati sūt: qui iēptos loquen
 di modos & apud iperitū grāmaticorū vulgus vsurpato refu
 giūt: Nā aspēnari/aris deponēs ē significās spēnere/inde p̄ti
 cipiū aspēnatus. sum. Quid sit imitatio: hec facile sūtudo
 ostēdet. Pictor q̄ nōdū artē pictoriā perfecte cōsecutus ē: ima
 ginē pictā añ oculos statuit: & illā diligētius cōtēplatur/vt si
 milē efformet. Sic q̄ eloquētīę studet: virorū eloqēntiū exēpla
 pponere debet: eorū loquēdi rationē & formā cōsiderare: se
 cundū quā multas iīles oratiōes effingat: & tādē assiduo vsu
 peritus euadet: Q̄ etiā Quītilianus decio de istitutiōe orato
 ria libro testat̄ dicēs: Neq̄ dubitari potest: quin arti pars ma
 gna cōtineatur imitatiōe. nā vt inuenire primū fuit: ē q̄ preci
 puū: sic ea que bene inuenta sunt vtile sequi Similem raro na
 tura prestat: frequenter imitatio.

Quītilian⁹

¶ Primū preceptū varietati/cōmutatiōis: vt stu
 deamus. Se cū id i primis quib⁹ admonēdus sit:
 quod rhetor ille diligētissim⁹ & insignis admo
 dū orator Fabi⁹ Quītilianus de orationis ptibus
 dicere colueuit. Neq̄ enī leges sūt oratorū quada
 veluti imutabili necessitate cōstitutę: nec rogatio
 nibus (vt idē dicebat) plebisue scitis facta sūt ista
 precepta: sed vti i statuis/picturis/poematib⁹/ce
 terisq̄: ita quoq̄ in exornada viri eloquetis ore
 plurimū se per roboris ac venustatis habuit varie
 tas. Atq̄ quod dici solet) tēdū/cauendūq̄ illud
 est ante oīa: ne ars vlla dicendi (si fieri potest) esse
 videatur. Hec igitur lex prima cōmutatiōis/va
 rietatisq̄: q̄ eruditorū aures nō difficile iudicent.

Quītilian⁹

Hoc igitur iacto fudamēto: p̄ pauca deiceps scribā Andre
 a amice suauissime: q̄ & si nō sēp: vt plurimū tñ his rōib⁹
 tibi seruāda erūt. Sed iā nr̄i iſtituti ita naſceſ exordiū.

Imprimis elaborandum est ne ſemp eodē loquendi genere vtamur
 ſed oratōem nr̄am diuerſis modis exornem⁹. Et hoc potiffimū ob-
 ſeruaſ cum eādē ſētentiā mltis modis exprimere ſciuerimus. vt amo
 te mltū: ſic ornati⁹ dicitur: mirifice te amo / ſūmo te diligo / vnice te
 colo / te ſūmo amore p̄ſequor / tibi vero amore deuict⁹ / ſū / ſincero i te
 amore affect⁹ / ſū / ſignificati tibi beniuolētia ſū cōiūct⁹ / magna mihi tecū
 ē amicitia / te miro cōplector amore / nō poſſū te n̄ amare. Ad hoc etiā
 mltū cōducit vocabuloꝝ & ſynonimoꝝ & cognitio: quoꝝ & varietate ora-
 tio quoq; varia ē. vt ſi q̄s nouerit q̄ hē dictōes elegās / ornati⁹ / eloquēſ
 ſplēdid⁹ / cōcinus / lepid⁹ / pulcher / venuſt⁹ / decor⁹ ſi ad orōem referā-
 tur idē ſignificāt: poterit facile diuerſas cōficere orōes. Vtiſ aut̄ auc-
 tor teſſionio Quintiliani oratoris ſane clariffi: q̄ i ſecūdo de iſtitutio-
 ne oratoria libro hoc itereſſe dicit iter leges oratoꝝ & leges ciuiles:
 q̄ hē ſēp: ille nō ſemp obſeruari debeat: ſed cū aures doctē iudicaue-
 rit eē oportunū: q̄rū qdē iudicio oīs oratoꝝ p̄ceptio ſubmittit. Quod
 aut̄ varietas i orōe mltū exorner: triplici i ducit ſimilitudinē. Prima eſt
 de ſtatua: q̄ quāto magis fuerit diuerſis celata modis: tāto ē ornati⁹
 Secūda ē de pictura i q̄ lineamētoꝝ diuerſe p̄tractōes & colorū vari-
 etates maxie cōmēdan̄t. Tertia ē de poetarū carmib⁹ q̄ varia inuētio-
 ne & figuris reſperſa: venuſtiſſia ſūt. Nō tñ ars debet i orōne emiere /
 at̄ affectata videri: qd̄ qdē ſit cū repugnāte loco & iuuitis aurib⁹: violē-
 ter aliq̄ reglā poti⁹ iculcat q̄ obſeruaſ. Debet em̄ liberis habēis fluere
 oratio. Ergo caput eſt artis: nō videri vt i arte.

Rogationes.
 plebiſcita.

Plynius.

Rogationes ſūt conſtitutōes populū facte p̄p̄o iterrogato: vellet
 ne tales cōſtitutōes ordiari. Plebiſcita vero ſūt decreta & cōſtitutōes
 plebis. vñ plebis noſe ceteri ciues romani p̄ter patricios & ſenatores
 ſignificant. Et ſcitū. ti. nomē ſubſtātiuū: eſt decretū. Scire em̄ ſiue ſci-
 ſcere iterdū ſtatueri ſignificat. Plynius. idē legē ſciuit: ne cui plebeo
 pluſq̄ cētū iugera habere liceret. Sacta / app̄bata cōfirmata. Et veit
 a verbo ſactio. is. ire. quod ſignificat app̄bare in ſactio. onis. conſtitu-
 tio. Hoc iacto fudamēto / hoc facto p̄cipio. iacere em̄: fudamēta: i-
 cipe ē. N̄ i iſtituti / nr̄i p̄poſiti Nā iſtituere iterdū p̄ponere ſignificat

Secundum p̄ceptum de ſitu ſuppoſi-
 ti verbi & appoſiti in oratione.

¶ Plerūq; enī qui oratorie ſ floribus: ac phueratis
 (vt aiunt) verbis ſtudet: cōtra tritā vulgatāq; graticōꝝ

consuetudinē dānātes: qđ i calce absolute oōis locari cō
sueuit: id illi poti⁹ coaptat in initio Qđ oē tibi exēplo erit
manifesti⁹. Scis plenā oōnē cōstare trib⁹ ptib⁹: qđ sup
positū (vt eoz ipoz vocabul⁹ vtar) qđ verbū / qđ appositū
vocāt. Dicūt igit⁹ grāmatici. Scipio a phricanus deleuit
carthaginē Oratoris vero eloquij hoēs: cōuerso poti⁹
vtūtur ordiē Carthaginē Scipio a phrican⁹ deleuit. Illi
. M. T. Cicero vtitur familiariter. P. lentulo Nos vero
. P. lētulo. M. T. Cicero familiariter vtiť. Quib⁹ plane
exēplis patere arbitror: appositū primū i oōe / supposi
tum mediū / nouissimū vero locū verbū tenere. Sed & si
quid p grāmaticoz more p⁹ appositū sitū erit: id in initio
oōis poni solet. Cui⁹ rei exēpla subnectā. Scipio Emi
lian⁹ euertit Numatiā vrbē opulētissimā hispaniē His
paniē opulētissimā vrbē Numatiā Scipio emilian⁹ e
uertit. Nō ignoras multa esse genera epistolaz. Epi
stolaz genera multa esse nō ignoras. Lycurgus cōdidit
scētissimas leges lacēdemoniis. Lacēdemoniis sanctissi
mas leges lycurgus cōdidit. multaq; cōsimili ratione.
Appositū igit⁹ plerūq; principio apponit / suppositū me
dio / sine verbū. vt Areopagu Solon Salamin⁹ primū cō
stituit. vbi grāmatici dicūt Solon prim⁹ cōstituit Areo
pagū. Ceterū diuersis ordinib⁹ & locis loca dē sūt ptes
p auriū iudicio: qđ quidē solo vlu comparatur.

Oratoriē artis florib⁹ studēt: q̄ eloquētiē dant opā: oratoria suas ora
tiones venustate decorare laborātes. Grāmatici vero sūt q̄ solā ptiā
oratiōis i debitis accidētib⁹ cōueniētā q̄rūt: sermonis ornatum nihil
faciētes. Et hi eo qđ ordiē dictiones i oōe cōstituūt: quo ad cogno
scēdam sentētiā cōstrui debēt: vt priō ponit suppositū: secūdo verbū:
& terciō appositū. vt situs dictionū respōdeat ordiē cōstructōis. Ora
tores vero opposito penit⁹ ad cōstructōis ordinē scitu dictiones locāt
vt quod vltio cōstruit priō ponūt loco. & quod priō cōstruit: ponūt i
fine. Ad cui⁹ clariorē cognitōem noscere dignū ē. qđ oratio absoluta
sive plena ē i pfectā cōtinet sētētiā Et illa ex trib⁹ pot⁹ ssum cōponi
t sc; supposito / x bos & appposito Suppositū ē noiatiū⁹ aū verbū rect⁹ Suppositū

Verbum.
Appositum

Verbū autē hic in pposito: ē verbū psonale finiti modi. Appositū ē cas⁹ post verbū rect⁹. Debet ergo scdm oratoꝝ leges primo loco appositū poni/ scdo suppositū & tercio verbū. vt vbi grāmatic⁹ dicit: gloria comitat⁹ virtutē: poti⁹ dicendum ē virtutē gloria comitat⁹. Studeāt autē p virib⁹ adolefcētes: verbū pncipale in fie oꝝis ponere. Nihil em̄ illa grati⁹ ē oꝝo: q̄ in q̄ verbū pncipale vltim sortit⁹ locū vt te sanū eē (qđ pfecto mihi fuit iucundissim) ex tuis lris itellexi. Qu⁹ si qđ in cōstructione sequat⁹ appositū vt genitiuus ab eo rect⁹ aut qliber alius obliq⁹: debet in oratione pponi apposito: vt qđ cōstructōe vltimū ē: sit primum situ et e diuerso: vt grāmatic⁹ dicit. obtusitate labor emollit igeniū. Orator vero dicit. igeniū obtusitate labor emollit. Similiter grāmatic⁹ dicit. Diligētia superat grauiſsimā difficultatē cuiusq; rei. Orator vero dicit. Grauiſsimā cui⁹ ſq; rei difficultatē diligētia supat.

Scipio
aphricanus

Duo fuerūt scipiones virtute ad modū ilignes. Prior aphricanus cognominat⁹. q̄ i scdo bello punico Hānibale tādē deuictō Carthaginē aphrice vrbē celeberrimā i romanoꝝ potestātē redegerit.

Scipio
Emilianus.

Posterior Emilian⁹ cognominat⁹ est: a scipione aphricano adopratus: hic i tercio bello punico Carthaginē subuertit: Numantiā hispaniē vrbē fame diuti⁹ afflictā cepit: vt narrat lucius

Lycurgus.

florus libro secūdo epithomatū de bello numantino. Lycurgus (de quo auctor ponit exēplū) fuit lacedemonioꝝ princeps clarissim⁹: q̄ vt cōditis a se legib⁹ eternitatē daret: patriā spōte reliq̄t/ & increta ppetuū egit exiliū. mori⁹ s iussit ne sua ofsa lacedemōna referret: vt nō crederēt lacedemoniis se iuramento solutos esse: quo recedēs lycurg⁹ eos afrixerat: vt ei⁹ scilicet leges seruatēt donec reuenterentur. de quo lati⁹ tractat Iustin⁹ libro tertio epithomatum.

Lacedemō.

Lacedemō onis: vel lacedemonia e est vrbs laconie: quē etiam sparta q̄ vel sparte es: vocatur. inde lacēlemont⁹ & sparta⁹ noīa adiectiua.

Solon.
Salamis.

Solon fuit vnus ex septē sapiētibus greciē patriā Salamin⁹. Vnde salaminis. vel salamis vel salamina. e. est insula in Euboico maritō tra Athenas sita: vrbē habens sui nominis: ex qua solon oriundus salamin⁹ dict⁹ est. hic atheniensibus leges dedit & Areopagum instituit. Areopagus latine martis vicus dicitur: nam vicus erat Athenis: a templo martis sic cognominatus. i quo exactissimum de arduis rebus agebatur iudicium: inde Areopagite iudices qui iu Areopago iudicabant hinc diuus I. onis⁹

Areopagus
Phalera.
Virgilius.

Areopagita cognominatus est. Phalera phalere (licet frequentius pluraliter dicatur) equorum est ornamentum. Virgilius.

5

Primus equum phaleris insignē victor habeto inde phalerat⁹
phaleris ornatus Transfertur autē hoc nomen ad altarum rerū
vt orationis ornamenta. inde phalerata verba dicūt ornata &
splendida.

Tercium preceptum de aduerbiorū situ.

Iam vero de aduerbiis (que sunt veluti adiectiua
verborum) dici potest: vbius loci ponenda esse:
vbi demum aptius congruere viderint: modo in
principio/mode in fine/mode interiecta iter vtru

q; qua in re diligenti vtendum est consilio. Sed
prope verbum frequentius peruenistam reddūt
orationem: vt Fabius maximus ante alios fortiter
atq; animole pugnauit. C. Lelius Scipione fami-
liarissime vtebatur. Clementissimus celar humi-
liter ignoſcebat. Nunc vero ad reliqua.

Aduerbia vocantur adiectiua verborum: quia determinat
significationem verborum quibus sūt adiecta: vt nomina ad-
iectiua suorum substantiuorum. Posiunt autem aduerbia po-
ni pro scribentis arbitrio: vbi aptior eorum locus visus fuerit.
Sed maximā afferunt orationi venustatem: quando sūt iuxta
verbum quod determinant. Omnis enim determinatio prope
suum determinabile locari petit. Vt me tua beneficentia beni-
gniter subleuasti. Ille me hoſpicio humaniter suscepit. Aduer-
bia tamen suspensiuā: que vno verbo non sunt contenta: vt cō-
pletam faciant sententiam: sed duas saltem requirunt oratio-
nes: qualia sunt cum primum / vbi primum / quando primum /
posteaq; simul ac / simul atq; / donec / dum: in principio debent
poni. vt cum primū te sanū esse percepī: non mediocriter ga-
uisissim. Sed de istis non datur hoc preceptum: quin potius
de aduerbiis qualitatis: que indifferenter in oratione ponun-
tur: vt iussa tua exequar diligenter. Inter verbum autem & ad-
uerbium sequens eleganter ponitur ista coniunctio & quidē:
vt tuo desiderio satisfaciam & quidem libentissime. Vbius lo-
ci in quocunq; loco placet: vt principio / medio vel fine. Inter-
iecta / interposita. ab inter & iacio venit idē interiectio nomē
verbale interpositio.

Quartum preceptum de prepositionū
& integrarū plerūq; orationū inter ad
iectiuū & substantiuum interiectione.

C Prepositiones perpulchre inter substantiua at
q; adiectiua nomina interieciūtur vt feraci ī agro
ōratiffīmo in loco/maximas ad res/ hanc ob cau
sam/iustis de causis/aliaq; huiusmodi complura.
Nec prepositiones solum: sed alia preterea. Eius
modi nunc exempla. Maxima in republica dili
gentia/magna in parentes pietas/ incredibilis in
oēs ciues obseruantia/summa ī hostes liberalitas.

Hoc preceptum duas partes habet. Prima cum substanti
uum est casuale alicuius prepositionis: illa prepositio elegan
ter inter adiectiuum & substantiuum suum casuale ponitur.
vt nostris in gēlibus media in vrbe. Secunda pars est inter ad
iectiuum & substantiuum eleganter ponitur prepositio cum
suo casuali: vt summus in parentes amor habendus est: q; mul
ta in filios beneficia contulerunt Casuale autem prepositiōis
est accusatiuus & ablatiuus ad prepositionem positus: qui &
casus prepositionis dicitur.

Quintum preceptū de interiectione genitiuo
rum inter duos nominatiuos & contra.

C Atq; etiam pulcherrimū inter duos casus pu
ta duos nominatiuos: aliquid cotinue ponitur. vt
omnia reipublice iura/ constantes militum animi/
magna sceleratorum hominum flagitia. Ecouer
so etiam constituta ac transpolita oratio plurimū
exornat. vt huius claritudo viri/huiusquirites au
ctoritate loci.

Hoc etiam preceptū duas partes habet. Prima est genitiu
eleganter ponitur inter adiectiuum & substantiuum a quo re
gitur siue illa in nominatiuo siue altero quocūq; casu ponitur.
vt Firma amoris constantia nulla aduersitate frangitur.
Egregia Romanorum virtus vbiq; predicatur. Secūda pars

6
est inter adiectiuum & substantiuum in genitiuo posita: legā
ter ponitur dictio regens illius substantiui: siue in nominati-
uo siue quocunq; altero casu posita: vt hec sunt nostri monu-
mēta laboris. hoc munus est synceri pignus amoris. Ex his
autem duobus p̄ceptis facile haderi potest q̄ inter adiecti-
uum & substantiuum aliquid venuste ponitur: aliquando no-
men/aliquando pronomen/aliquando verbum/aliquando ad-
uerbium:& sic de aliis partibus orationis. vt tuę quidem vo-
luntati morem geram. Vera semper amicorum dilectio in ad-
uersitate probatur. magnum profecto laborem pro te cepi.
Et quod hic de adiectiuo dicitur: etiā intelligendum est de de-
monstratiuo pronomine: quod vim quandam adiectiui obti-
net: vt ea de re certi nihil habeo. Tuus ille singularis in me a-
mor mihi profecto est gratissim⁹. Quirites romani a romu-
lo (qui quirinus dictus est) nuncupati sunt. Ouidius. Vos vrbe
virum prohibete quirites. Virgilius. Remo cum fratre quir-
inus iura dabunt.

Quirites.
Ouidius
Virgilius

Sextum preceptum de adiectiuorum situ.

Venuste etiam plerūq; p̄cedit adiectiuū, nomē
substantiuū: vt tua dignitas/optima virtus diuinū
ingeniū/exquisita doctrina. Magni enī refert
quo loco quęq; dictio sita sit: quod testatur Boetius?
in suis cōmētariis: quos in Aristotelis librū con-
scripsit. vbi & Ciceronis & Virgilij ponit exem-
pla. Boetij autē ipsius hec verba sūt. Etenim q̄tū
ad cōpositionē oratiōis spectat: maximū differt
quo verba & noīa predicationis sue ordine p̄ferā-
tur. Multū enim interest i eo quod ait Cicero: ad
hanc te amentia natura pepit/voluptas exercuit/
fortūa seruauit: ita dixisse (vt dictū ē: an ita. Ad
hāc te amentia peperit natura/exercuit volūras/
seruauit fortūa. Sic enī minor ē lenterie magnitu-
do/minusq; ea lucet id quod si sic cōponat emiet
& sese vlt noletib⁹ hoim aurib⁹ animisq; patefacit.

Boetius

Cicero

Virgilius

Rurſus cū dicit Virgilius Paciq; imponere morē:
potuiſſet ſeruafſe metrū ſi ita dixiſſet: morēq; im-
ponere paci: ſed eſt debitor ſon⁹: nec eo ictu ver-
ſus tā preclare vt nūc copoſit⁹ diceret: quod idē
nō e apud dialecticos. Hec Boeti⁹. Nūc ad reliq;

Cū triplex ſit adiectiuū: noiale vt clarus/pronoiale vt tuus
pticipale vt ſpectatus: hoc preceptū cōmune oibus adiecti-
uis ſc3 q; elegātius adiectiuū p̄cedit ſubſtātiuū vt clarū in-
geniū/tuus anim⁹/ſpectata fides. Subiūgitur ab auctore do-
cumētū ad oīa p̄cepta cōmune: q; magna eſt differētia quo
loco vnaq; dictio i oratiōe ponatur q̄ qdē ſua cuiq; dictio
ni loca cōgrua ſūt: quib⁹ mutatis oratio nō eā p̄ ſe fert veu-
ſtatē: q̄ haberet ſi oīa debito cōſtarēt ordine: quod recto q̄dem
auriū iudicio cognoſci poterit. Sicut eñ i edificio cōſtruēdo
lapides nō temere ponūt i muro: ſed hi apte primo/himedio
& hi poſtremo accōmodāt loco. Sic i latia oratiōe aliq; dictio-
nes apte p̄ponūtur/aliquē iterponūtur/ & aliquē poſtponūtur
Qd cōfirmat auctor diui ſeuerini Boetii auctoritate: q; in p̄-
cipio quāti libri ſecūde p̄ditionis in librū de interpretatiōe: ſi-
ue perihermenias Ariſtotelis: Ciceronis in oratione ſoluta
ponit exēplū ſūptum ex oratione eius in Catilinā & virgiliū
etiā i carmine affert testimoniū ex ſexto eneidos. Hec verba
impersonalia intereſt & refert pro differt elegāter ponūtur cū
aduerbiis quātītatis paulū/parū/aliquantulū/multū/plurimū.
Terentiū. paululū intereſſe cenſes ex aio hec oīa vt fert natu-
ra facias: an de induſtria. Sic quod vulgariſter dicūt: e totū idē
nihil ē ad dicendū: elegātius dicitur nihil refert vel nihil inter-
eſt. Ponūtur etiā veniſte. cū genitiuis magni/parui/ maximi/
minimi/multi plurimi: vt magni intereſt/parui fert: quod vel ſola
textus cōpoſitiōe ē manifeſtū. Dialectica e vel dialectice eſt:
cum i latino & carter ſcribi debet: ſcientia eſt veri/ falſiq; in-
dagatrix que & logica dicitur. inde dialecticus adiectiuum ſi-
gnificat dialectice peritum.

Intereſt
Refert

Terentiū

Dialectica

Negatiua dictio apte in calce orationis ponitur:
vt preſtantiorē te vidī nemiñē. Scipione clariorē
in libellicis laudibus inuenies nemiñē. Tua erga
me beniuolentia/ tuo in me animo gratius eſt ni-
hil. Qui te ardentius amet: habes nemiñem.

Negatiua dictio est q̄ i se negatione icludit: per quā cū dictione affirmatiua explicatur. vt nihil: nō aliquid / nūq̄: nō nūq̄ nūq̄: nō vsq̄. Et elegāter i fine oratiōis ponitur: vt quē te magis amē: habeo profecto neminē. Tuis litteris mihi iocūdi⁹ ē nihil. Tui imemor ero nūq̄. Qui me tui sit amātor: iueies nūq̄. Similiter oīs (q̄ dictio affirmatiua ē & vniuersalis) cum suis cūdeclinēis elegāter i fine ponitur: vt tuā virtutē mirātur oēs. Terētiū. Nescio an que mihi dixit: sint vera omnia.

Terentius

Octauū preceptū de possessio-
ris ante possessionem situ.

Sed & possessor an possessionē: vt opti viri diu-
tie/ prestātis viri virt⁹/ prudētissimi hoīs cōsiliū.

Possessor ē nomē significās rē possidentē. Possessio ē nomē significans rē possesā. In oratione autē latina elegāter possessor ante possessionē ponitur. vt regis iperiū/ patris autoritas/ ani cōstantia/ viri dignitas. Immo genitiu⁹ oīs elegātius suo regēti preponitur: quecūq; etiā fuerit genitiui ad noiatiuū habitū. do. vt litteratū studiosus/ virtutis amator. Et hoc eo venit: quia quelibet dictio recta venustius preponitur sue dictio ni regēti: vt qui virtutē colit: magna quidē laude dignus est.

Possessor
Possessio.

Nonū preceptū de vsu gerun-
diuorū nominū pro gerundiis

Quid vero pulchrius q̄ si pro gerundiis que ap-
pellant: vt amur gerundiis nominibus? Actri-
tum est Prisciani exemplum: veni causa amandi
virtutē: veni amande virtutis causa. gratia gerēdi
bella: gerendorū bellorū gratia. ad amplexandā
virtutē magis q̄ ad amplexādū virtutē. Que vna
precepto optima est: crebraq; eius apud Marcū
Tulliu alioq; eloquētes viros fuit obseruatio.

Gerundiū est verbū participiale quod i di vel i do vel in dū
terminatur sine certa generis & nūeri determinatione. Et regit
talē casū sicut verbum a quo descendit. Sed gerundiū ē nomē
adiectiui a gerudiō formatū: eiusdē cū eo significatiōis. Et
declinatur per tria genera & per oēs casus in vtroq; numero.

Gerundiū

Gerudiū

Nec aliquē regit casū p^o se. sed pro suo substātiuo regit casum
sui gerundii secū i oib⁹ accidētib⁹ cōueniētē. Casū gerūdii vo-
co obliquum a gerundio rectum. vt non est mihi ocium nar-
randi. hanc rem: ibi narrandi gerundium est. No est mihi oci-
um huius rei narrande: ibi narrande nomen gerundium est.
Vult ergo hoc preceptum q^o loco orationis de gerundio: ele-
gantius vtimur oratione de gerundio. Sed vt facile sciant
oēs vnam orōem i alterā cōuertere summope obseruādū ē: q^o
gerūdium in eodē casu maneat i quo fuit g^o diū: & casus gerū-
dii in eodē ponat casu cū gerūdium: si pri⁹ alterius casus gerū-
dit. Casus aut gerūdii eiusdē maneat generis & numeri cui⁹ aū
fuit: & gerūdium nomē ei in genere & nūero conformē. Debet
em obliqu⁹ ille substātiuo gerūdium suo adiectiuo in casu ac-
cōmodari: & gerūdium debet sui substātui gen⁹ & numerū seq^o
vt sic in trib⁹ genere/numero/ & casu cōueniāt. Vt homo nat⁹
est ad cōparādum virtutē: sic elegātius d^r: homo nat⁹ ē ad cō-
parādum virtutē In scribēdo epistolā op⁹ est arte: sic melius
In scribēdis ep⁹is op⁹ est arte. Et eo pacto varia possunt for-
mari exēpla p^o generū nūerorū & casuum diuersitate. Tritū
vulgatum/ conuetum/ vsitatum/ & frequētē vsurpatum: nomē
est cōparationem recipiens.

Decimum preceptum de congruentia nomi-
nis relatiui plerumq; cum consequente.

Nunc aut multa cōficiā q^o si diligenter aduerteris:
haud parū ornat⁹ latino cōducet eloq^o. Sed id mi-
hi i primis aduertendū videt^o: vt cū tria fuerint/
ātecedens/ cōsequēs & eorū mediū re latiuū nomē:
si sit id cōsequēs vel hoīs vel rei cuiuspiā p^orium
nomē: relatiuū consequētī semp cōgruat: alioquin
nō latina oratio fit: sed a doctissimorū hoīm cōsue-
tudinē loq^o aliena. Alias potest cū alterutro cōue-
nire: si nō cōsequat propriū nomē. Quā rem fa-
cile exēpla declarāt: & p^oscorū autoritates cōplu-
res. M. Cicero primo Tusculanarū questionum.
Studio sapientiē quē philosophia dicit. Et .exto
de re publica. Concilia/coetusq; hoīm iure sociati:
quē ciuitates appellant. Atq; iterū. ex illis sēpiter-
nis ignibus: quē vos sydera & stellas nuncupatis.

Cicero.

Salustij quoque illud tritum est. Est locus in carcere Salustius.
 quod Tullianum appellatur. innumerabilia in vetustis
 codicibus id genus inuenies. Nec id est grammaticę artis
 vicium: quod quidem ignari litterarum arbitrantur. Sed
 & nos aliquod exemplorum afferamus. Preclarum
 est Ciceronis opus: qui Cato maior dicitur. nam quod ca-
 to maior dicitur non latine profertur: Cõsimiliter.
 vrbis visceribus cõsulendum est: qui sunt ciues perditum vi-
 ri ex vrbibus pellendi sunt: quę est ciuitatum perni-
 cies / & sentina dedecoris. Plerumque igitur relatiuum
 nomen cum eo concors est quod sequitur.

Antecedens est nomen substantiuum precedens relatiuum. Cõsequens
 nomen substantiuum sequens relatiuum. Nomen relatiuum est hoc relati-
 uum quod quod: in quo quidem potest quod in aliis relatiuis hec regula ser-
 uata cõspicitur. Et huius precepti due sunt partes. Prima est: si
 relatiuum ponatur inter duo nomina substantiua diuersorum generum aut
 numerorum: & sequens nomen substantiuum fuerit proprium nomen ali-
 cuius rei: sic quod per verbum uocatiuum ibidem positum significetur ali-
 cuius rei denominatione: tunc relatiuum debet sepe conuenire cum se-
 quenti: & non cum precedenti substantiuo. Quod si conuenit cum pre-
 cedenti: oratio non erit latina ut est vrbis in gallia quod lugdunum ap-
 pellatur & non quę. Est flumen apud Parisios: quod Sequana dicitur
 & non quod sequana dicitur. Nec debet illud substantiuum sequens
 esse sepe proprie qualitatis: sed sufficit: quod alicuius rei nomen ex-
 primere significetur: quis etiam appellatiuum sit: ut satis declarant
 exempla textus. Nec est in istis orationibus aliquod vicium contra
 grammaticę preceptiões: imo primum ornatus. Secunda pars est. Si re-
 latiuum ponitur inter duo nomina substantiua diuersorum generum aut
 numerorum: & sequens non sit nomen proprium alicuius rei: sic quod sibi
 non ponatur verbum uocatiuum: tunc potest illud relatiuum conuenire
 cum precedente vel cum sequente. Ut fugiendum est ciuium: quę oim malo-
 rum est mater: vel quod oim malorum est mater. Virgilius. Nec par-
 tem posuere suis: quę maxima turba est. Pernicies / exiciu euer-
 sio / destructio / inde perniciosus / noxius / & exialis. Sentina lo-
 cus in ima nauis: ad quem undique defluit sordes: & aqua ipsius nauis.
 Transfertur autem ad omnem illuuiem & malorum congeriem: & sic
 translaticię viri perditum & mali dicitur sentina dedecoris hoc
 est cumulus viciorum & omnis infamię.

Antecedens.
 Cõsequens.
 Nomen re-
 latiuum.

Virgilius in
 sexto Aenei
 Pernicies.
 Sentina.

Vndecimū preceptum de congruentia in casu ex
tribus: eorum duorum que proximi iunguntur.
Illud quoque spectandum est: nam cum tria existant quorum
vnu relatiuum sit nomen: frequentissime eorum duo in
eiusdem casu existu conueniunt. nam (vt ex explicita di
cam aliquid) si quis hunc sermonem protulerit: liber i quo
de virtute agit preclarus est: rectus atque ornatus
dixerit: i quo libro de virtute agit preclarus est. Con
cordat namque eodem casu ex tribus duo illa: que
maiori vicinitate iuncta sunt. Aliud iterum exemplum
huiusmodi sit: quas misisti litteras ad me iocun
de fuerunt. Sermonem quem audistis non est meus.
Qua existimas Demosthenis orationem: elchinis
est. Atque huius sermonis crebrum inuenire pote
ris apud veteres vsu. M. T. officiorum primo. Quo
rum autem officiorum precepta tradunt ea que pertineant
ad finem bonorum. Virgilius maro i eneide primo
yrbem quam statuo vestra est. Terentius in andria.
Post hac quas faciet de integro comedias spectan
de an exigende sunt vobis prius. Idem populo vt
placerent: quas fecisset fabulas Idem. quas. credis
esse has non sunt vere nuptie. Atque eiusmodi ser
mo plurimum exornat.

Cicero.
Virgilius.

Terentius.

Ouidius.

Cum tria i oratione fuerint: primo antecedens i nominatiuo posi
tum: secundo relatiuum i obliquo: & tertio verbum vel adiectiuum cu
ius illud antecedens est suppositum vel substantiuum: vt liber quem mihi
misisti est mendosus: elegantius mutatur antecedens in eundem casum cum re
latiuo quis videatur discouenire cum adiectiuo vel verbo sequen
te: nullum enim est in tali orationum genere grammatice viciu: imo ma
ximus ornatus. vt quam mihi misisti librum est mendosus. Ouidius.
Cecidere manu que legerat herbas. Et potest i oratione elegan
ti antecedens preponi relatiuo sicut & postponi: dummodo cum illo

in casu cōcordet nā quis diuersus dictionū situs variat elegā:
tiam: non tamen congruitatem. Ergo vt exēpla textus aper-
te ostendunt: non minus congrue dicitur litteras quas ad me
dedisti fuerunt gratissime: q̄ quas ad me dedisti litteras fuerūt
gratissime Terētius in eunuchō. Eunuchum quem dedisti no-
bis: quas turbas fecit! Veruntamen maior est orationis elegā-
tia quando antecedens postponitur relatiuo: & hinc frequen-
tius ab autoribus antecedens postpositum inuenitur. Siquidē
elegantius hoc relatiuū qui: suū antecedens in situ precedit: vt
preclara ē (quā oēs laudāt) amicitia: magna ē (qua ī te afficior)
beniuolētia. Quod si quis voluerit aliquod exēplū huius præcep-
ti grāmaticaliter cōstruere nō debet sumere exordīū ab ante-
cedēte obliquo: sed subaudire antecedēs in recto: quod sit sup-
positū verbi: aut substantiū, adiectiui postpositi: deinde antece-
dēs obliquū coniunctū cū relatiuo cōnectere: vt quas ad te lit-
teras dedi mea manu scriptę sūt: sic rite ordiatur: littere (quod
subaudiri debet) scriptę sūt mea manu: quas litteras ad te de-
di. Demosthenes grecorū fuit orator clarissim⁹. & Eschines
etiā orator fuit insignis demostheni inimicus. hi cū abo ī causa
Ctesiphontis cōtenderēt: eschines accusādo & demosthenes
defendēdo: vicit demosthenes. Cui⁹ cū oratio (vt diuus testa-
tur hieronym⁹ ī plogo biblie) legeretur corā eschine tūc rho-
di exulāre: quā orationē demosthenes in eū habuerat mirāti-
bus cūctis atq; laudantibus suspirās eschines ait. Quid si ipsā
audissetis beatiā sua verba resonantē? De his plan⁹ locutus ē
quitilianus libro septimo, de institutione oratoria & decimo.

Demosthe-
nes
Eschines.

Hierony-
mus

Duodecimum preceptum de auxilijs positiuorū cum per.
Id quoq; dignissimum ē a notatu vt cum positiua
exaugere velimus noia: vt his per prepositum ac-
cedat. Cicero in eplā ad curionem. cui & charus
equelis & periocundus. Idem de oratore priō.
Per beati quinte frater illi videri solent. Terenti⁹
ī eunuchō. per pulchra credo dona haud nostris
similia. nam per gratum valde gratum significat:
& in oratione lepide personat.

Cicero

Terentius

Exaugere positiuum est vocem positiui retinendo: maiorē
significantię vim alicuius additione exprimere. Et id duplici-
ter fit. Primo per cōpositionem huius dictionis per pro val-
b. i.

Exaugere
positiuum

de cum positiuo vt litterę tuę mihi per gratę fuerūt & perio-
cundę. Comparatiuis autem & superlatiuis nūq̄ debet adiūgi
per: vt nō dicendum est per gratior neq; per gratissimus. Verū
tamen aliquę dictiones positiui gradus nō recipiūt per i cō-
positione. sed loco ei⁹ hanc prepositionē prę. vt pręclar⁹ prę-
clarior pręclarissimus pręcelsus prępotēs pręgradis prędur⁹.
Secūdo augetur significatio positiui: additione aduerbiorū
significatiū valde: & hoc sine cōpositione. alia sūt admodū
mirū in modū/ maiorē in modū/ apprime/ i primis sane/ egre-
gie/ vt sequentia precepta apertius declarabūt. Auxesis/ aug-
mentum/ clementum/ incrementum: idem.

Auxesis

xiii preceptū de superlatiuis cū mltō longe & q̄.

At superlatiuis multo. longe. & q̄ aduerbia pre-
ponimus: id quod sepe numero per pulchrū vide-
ri solet. vt longe amantissimus vestri / multo oīm
fortunatissimus. Et ago tibi q̄maximas gratias.

Superlatiuis bifariā augeri potest. primo per cōpositionē
aduerbiū q̄ pro valde: vt litterę tuę mihi fuerūt q̄ gratissimę: ac
additionem aduerbiorū multo & lōge sine cōpositione: vt sū
tibi oīm lōge charissim⁹. virtus ē mltō oīm dignissima. De hui⁹
autē aduerbiū q̄ ordinatiōe quicq; notādę sūt regulę. Prima. q̄
pro valde nō adiūgitur positiuis: nisi precedat quędam aduer-
bia sexto & quadragesimo precepto declarāda. vt nō dicim⁹
q̄ iocūdus ē mihi tuus aduētus. Secūda. q̄ pro valde: superlati-
uis venuste adiūgitur. vt q̄ plurima in me beneficia cōtulisti &
nō cōplurima: ediuerso cōplura dicimus & nō q̄plura. Ter-
tia. q̄ pro quātū positiuis & verbis pulchre preponitur. vt q̄be-
atus fore si mihi tecū viuere liceret: q̄ gauderē si te sanū esse in-
telligerē. Quarta. q̄ pro quātū nūq̄ iūgitur superlatiuis: nisi se-
quatur hec verba possū/ valeo/ queo vt faciā hoc q̄ optie pote-
ro. Terētius in eunucho. Nisi vt te redimas captiū: q̄ queas mi-
nimo. Quinta. Neq; q̄ pro valde: neq; q̄ pro quātū cōparati-
uis adiūgi potest vt nō recte dicimus hec mihi res ē q̄ gratior
neq; faciā q̄ melius potero sed bene: faciā quāto meli⁹ potero
Secūdo augetur superlatiuis adiūctione istorū aduerbiorū lō-
ge & multo. vt Cicero ē lōge oīm eloquētissim⁹: hector ē troia-
norū mltō fortissim⁹. Et quicquid his trib⁹ pceptis : augē-
dis gradib⁹ cōparatiōis dicit: eque de aduerbiis vt nomib⁹ i-
telligitur Quintilianus li. x. de institutiōe oratoria. Ita se res
habet: curandū est vt q̄ optie dicam⁹: dicēdū tñ pro facultate.

Terētius

Quintilian⁹

xliii preceptū de cōparatiuis cū m̄to aut longe.

Comparatiuis vero vel multo vel longe pr̄poni solet. vt iusticia multo p̄clarior est ceteris virtutib⁹: & Socrates lōge aliis philosophis sapiētior.

Comparatiui significatio augetur adiūctione istorū aduerbiorum multo & longe: vt virtus m̄ta est dignior opibus: & rebus caducis lōge p̄stantior. Hec autem aduerbia positiuis nō iungūtur: vt nō recte dicimus: longe doctus multo bonus. Ediuertio valde aduerbiū: positiuis & verbis adiungitur: non autē cōparatiuis & superlatiuis: vt valde sapiēs benedicim⁹: nō valde sapiētior: neq; valde sapiētissimus. Pr̄pterea multo & longe iungūtur nominibus & aduerbiis diuersitatē signifi cantibus vt longe alia mihi mens est. Terētius. Verum multo aliter euenire intelligit. Ornate etiā addūtur verbis excellen tiā significantiibus: qualia sunt presto/antecello/vinco/supero vt Cicero longe p̄stat ceteris eloquētia. Deniq; iungūtur & istis pr̄positionibus ante/post/&pr̄: vt multo ante te veni lō ge post te recessi Socrates: philosophi nomen.

Terētius

xv preceptū de quibusdā nominibus q̄ a grecis p̄fecta declinationē mutāt

Illud nequaquā omiserimus q̄ cū noīa quēpiā sunt p̄fecta a grecis tercię flexionis: & obliquos cas⁹ habētia q̄ rectos superāt: latini oratores frequē tissime casibus genitiuis illorū quibusdā immuta tis: singūt aliarū declinationū noīa & genus ser uant. qualia sunt poematū entymematū delphin⁹ & elephantus & lāpada: q̄ a plerisq; tertia flexio ne p̄ferūtur. poema entymema/delphi/ elephas/ lāpas. hāc tu obseruationē diligēt mādā meōrie

Nomina tercię declinationis formata a nominibus grecis & crescentia in genitiuo singulari: mutantur frequenter a latinis eodē semper genere manente in aliam declinationē: alī quādo in primā vt ether eris ethera erit in illo hymno quem terra ponthus ethera colunt adorant predicant: ethera nomē natū. is singularis est. lampas lampadis lampada e. aliquādo vero in secundam declinationē in us vt elephas elephātis elephantus ti. Terentius in eunucho. elephantis quem rex indi cis p̄fecerat. sic delphin inis: delphinus i. Aliquando vero in secundam declinationem in um vt poema atis poematū f b. ii.

Terētius

Aulus

Aulus gellius. in poematis quoque & in epistolis veterum scriptum plurifariam: Et sit hec formatio alterius declinationis: a genituo singulari crescente nominis tercie declinationis litterarum mutatione. vt genitui delphinis mutata i vocali vltime syllabe in u fit delphinus & huius genitui elephantis mutata i postremę syllabe vocali in u: fit elephantus. Virgilius in tercio eneid. Dona dehinc auro graua sectoque elephanto. Quo fit vt alterius declinationis nomen formatum iuret nominatiuum nominis tercie declinationis a cuius genituo formatur sicut & ipse genitius a quo formatur. Vt elephantus te trasyllabum est & etiam genitius elephantis: elephas autem trisyllabum. & idem nomen a genituo formatum est equum i trisyllabis genituo a quo formatur vt genitius delphinis tres syllabas habet & etiam nomen formatum ab eo delphinus.

Virgilius

xvi preceptum vt eleganter ostendemus quippiam nobis esse iocundum/vtile/vel honestum & cetera id genus

Cum autem volumus ostendere nobis aliquid iucundum honestum/vtile esse: datiuus cum verbosum sum es est substantiuorum: quorum illa adiectiua sunt. Nam (ne ab exemplis discedam) quid aliud significat: hec res mihi iucunditati est: quia hec res est mihi iucunda: id est: i spe mihi tuę litterę fuerunt gaudio: quod est ad gaudium vel gaudium mihi attulerunt. Preclara vrbis edificia ciuibus decori sunt. vicia dedecori sunt viris: id est dedecus pariunt viris de ceteris consimili ratione.

Cum nomen adiectiuum significans vtilitatem vel damnum honestum vel turpe/delectabile vel triste: adiungitur verbo substantiuo sum es est: elegantius mutatur in suum substantiuum datiuus casus. Vt hoc est tibi vtile: sic elegantius: hoc est tibi vtilitati. hec res est mihi danosa: sic venusti: hec res est mihi danno Ouidius Ouis sua lana decori est. Siquidem pulcherrime verbum substantiuum duobus datiuis iungitur. Terentius. Ne hec res sibi esset infamia. Virtus hominibus splendori est & ornamento. Ego tibi semper ero presidio: dum iniquitas tibi odio fuerit: & quod vulgariter dicitur: hoc faciet tibi maximum bonum: sic rectius diceretur: hoc tibi maximo erit emolumento.

xvii preceptum: de afficio & afficior.

Verbum afficio & pulchrū ē & late patet: nā afficio te voluptate: id est tibi voluptatē afferto. afficio te honore: id est facio tibi honorē / & te honoro. afficio te laudibus: id est te laudo. afficio te probro: id est vitupero te. afficio te cōmodis: id ē tibi cōmoda facio. afficio cadauera sepultura. i. cadauera sepelio. afficio inimicos iniuriā. i. facio iniuriā inimicis. Atq; similiter afficior dolore: id est doleo. afficior gaudio: id est gaudeo. afficior verecūdia: id est verecundor: latissimaq; est huius verbi vsurpatio. Nec tamen lateat te: afficere disponere significare. hinc est Plauti illud. viua vox magis afficit. Neq; enī sine optimis causis tā lata / tāq; diffusa fit ei⁹ verbi significatio. Sed de hoc sat e

Plautus

Quam sententiam superiore precepto per verbū substantiuum duob⁹ datiuīs iunctū autor explicare docuit: nūc docet exprimere per hoc verbū afficio: quod fere significat facio v^l infero: & habet in voce actiua accusatiuū cū ablatiuo sine prepositione: in voce autē passiua solū ablatiuū. Et debet oratio cōstituta ex hoc verbo afficio v^l afficior: resolui per verbū ab ablatiuo recto formatū aut alterū eiusdē significatiōis. Vt litterę tuę magno me affecerūt gaudio: hoc est fuerūt mihi gaudio. Hic affecit me nimis: id est minatus est mihi. Sic afficere vulnere: est vulnerare. Afficere morte: interficere. Afficere supplicio: punire. Nagno afficior desiderio te corā vidēdi: hoc ē desidero te videre. Afficior tedio id est tedet me. Aliquādo ad iūgitur & accusatiu⁹ mediante prepositione i: ipsi verbo passiuo Vt pro amore & beniuolentiā qua in te afficior: hoc q̄ libentissime exequar. Dicimus etiā ille est mihi bene affectus: hoc est i me vel erga me. Significat preterea afficere idē quod disponere: vt autor cōprobat Plauti testimonio. Eādē quoq; plauti sententiam Quintilianus his verbis in secūdo de institutione oratoria libro inuit. Viua illa (vt dicitur) vox alit plenus. Itaq; aperte cōstat q; pro diuersitate ablatiuorū: afficio diuersas habet rationes: vt afficere exilio est mittere in exi-

Quintilian⁹

Cicero

lium. Cicero in paradoxis. Quos leges exilio affici voluit: exul
les sunt: etiam si solum non mutarint.

xviii. preceptū. de tum vel & geminatis.

Non est autē ignorandum quod si duo/aut plura duo
bus (quod per raro usu venit) pariter se habuerit:
utriusque tū dictionē proponem⁹. Quod liquet ex exemplo
Par est in. C. Lelio doctrina ac virtus: quātaque est
eius viri probitas: tāta quoque est eius sciētia. tunc
splēdide ac recte dixerim. C. lelius vir tū doctus
est/tum prob⁹. Itidemque magna in est. M. C. le-
lio tū virtus: tū etiā doctrina. C. lelius plurimū
tū laude: tū rerū sciētia valet. Aliud iterū exēplū
Themistocles tū cōsilio pollet in vrbanis rebus:
tū in bellicis negociis viribus atque animi magni-
tudine floret. Sic enī tantū ostēdit in rebus vrbani-
nis esse cōsiliū: quātum in bellicis magnitudinē ani-
mi: quod tū geminatū positū ē. Sed eandē vim habet
geminata & cōiunctiua. Virgilius in eneide. Mul-
tum ille & terris iactatus & alto. Idē profecto si-
gnat: Aeneas tū pelagi. tū terrarū labores perpe-
sus ē. Africā⁹ fuit siglis & vir & imperator idē
sibi vult. Africā⁹ magn⁹ extitit tū vir tū imperator

Virgilius

Cum due proprietates alicui equaliter attribuende sūt: vt quā-
vni: tantū & alteri⁹ illi inesse significetur: nominib⁹ siue ad-
iectiuis siue substantiuis res illas pares significātib⁹ tū gemina
tū preponi debet: vt si quis velit ostēdere tantū eloquētie Cice-
roni inesse quātū virtutis: sic dicet. Marrus Cicero tū eloquēs tū
studiosus ē. Vel sic. Marc⁹ Cicero tū eloquētia tū virtute pre-
stat. Vel sic. Magna inest Cicero tū virtus tum eloquētia. Si
gnificatur enī ibi virtutis & eloquētie paritas per tū utriusque pre-
positū. Eandē vim habet hec cōiunctio & geminata a duo
adiectiua vel substantiua eidē eque attributa. vt Catho & virtu-
te pręditus & doctrina insignis ē. Vel Catho & pbus & doct⁹
est. Themistocles iclytus Atheniēsiū dux: quod xersem perfarū re

Themis.

gē nauali prelio apud salamiā deuicit: & trepida fuga ī regnū
redire coegit. vt narrat Iustinus libro epithomatum secundo. Iustinus
xix. preceptū: de cum & tum.

Quod si duo cōtra nequaquā paria sūt: sed alterum
minus cōplectitur: alterū vero magis. ita efficien-
dum ē: vt quod leuius existit locemus pri⁹ atq; ei
cū dictionē p̄ponamus: quod autē grauius validi
usq; id posterius positū: tū dictione pcedat. Quod
patefaciemus exēplis. C. Iulius amat Scipionē / p
pterea q̄ eū doctū cognouit hoīem & sēper virū
optimū. quod postremū vehemēter ad amorē im-
pellit: quare ita oratio ē istituēda. C. Iulius amat
Scipionē cū ob doctrinā eius: tum ppter virtutē
Ita virtus in hac beniuolētia plus momēti habet.

Atq; idē ita si dixerit. Cū oēs fortunati sunt q̄ be-
ne viuūt: tū per beati q̄ oīa delerūt: & virtutē solā
cōplectuntur. hos naq; posteriores mltō beatio-
res esse cōstat: si quis superius modo allatā p̄cep-
tionē intellexerit. hec M. Cicero ī primis frequē-
ter vsurpat. Ex quo illud. Cum omnibus consule-
dum ē: tum illis qui armis politis ad īperatoris fi-
dē cōfugiunt. Significat enī fugiētibus ad īpera-
tores & sese de dentibus mltō magis cōsulendū
esse. Atq; in. C. maiore mirari sese aiebat Sceuola
M. Ca. cū ceterarū rez̄ perfectā sapiētīā: tum q̄
nūq̄ fuerit illi senectus grauis. Sed de hac re satis

Cū duo eidē attribuūtur: nō q̄ idē equalia: sed quorū vnū
maioris ē momēti & estimationis q̄ alterū. Tunc leuius ante
ponendum est p̄posita ei dictione cum: significāte partim.
Maius autē & vehemētius postponendū est: precedēte dictione
tū significante & magis / si uel & p̄cipue. Vt Temirifice amo-
cū ob tuā in me humanitatē: tum ob singularē vite probitatē.

Significat illa oratio vite probitatem efficaciorē esse amoris causam q̄ humanitatem. Pręterea cum aliquid vniuersaliter prius explicatur & deinde ad aliquod particulare oratio cōuertitur: debet vniuersale ad iuncta dictione cum precedere: & particulare addita dictione tum sequi. Id exēpla textus ex Cicerone sūpra satis declarant: vt cū omnes amare debemus: tum eos qui de nobis bene meriti sunt. Scęuola cognomē romanorum: primū mutio romane constantie viro datū: q̄ foculo manū iulsi: quę in cęde errauerat: nec portennā ethruscorū regem interecerat sicut animo concepit: Inde scęuola appellatus est q̄ ex iusta dextra manu: sinistra vt i congebatur Scęuas enim vocant: qui sinistra manu pro dextra vtuntur.

xx. preceptum: vt quępiam laudari aut vituperari oporteat.

Iam vero explicādum est qua ratione quępiam p̄sonā aut laudari aut vituperari oporteat: quod ad decorem sermonis pertineat. Nam id trifariā posse fieri comperimus ex monumentis litterarū. Si enim velim ostendere. M. Cathonem habere magnam vir tutem cum verbo sum es est: ita cōmodissime fiet. Marcus Catho vir est magna virtute. M. Catho vir est magnę virtutis. M. Catho vir ē magnus virtute. Plato philosophus fuit p̄stans ingenio/vel p̄stātis ingenij/vel p̄stātī ingenio. Mulier est clara moribus/clarorū morum/claris moribus. Vir egregius laude/egregie laudis/egregia laude: sed illud prius magis poetarū ē postremū vero splēdidissimū & p̄politū. Aristoteles est p̄stās sciētīę copia: philosophus exq̄sita doctrina: vir acerrimo ingenio. Quod q̄ dē (vt disertissimus Priscian⁹ inq̄) significat Aristotelem habentē sciētīę copia: ac q̄ heat ex iustā

doctrinā: ceteraq; cōsimili ratiōe. Quod quidem
 Aulus gelli⁹ cōlentire videt i noctib⁹ atticis. Est
 enim velut defectio quedā: sed ea trita vsurpataq;
 ab eloquentissimis viris ac clarissimis oratoribus.
 Quā & nobis quocq; vtendum sit.

Vt aliquē laudamus aut vituperem⁹ tria requirunt. primo no
 mē substātiū significās rem laudandam aut vitupandā. scdo
 altere nomē substātiū significās idcirca qd laus at vituperiū
 versat. Et illud i obliquo leq; nomē adiectiū: primū aut sub
 stātiū pcedit in nomiatiuo. tertio requir nomē adiectiū lau
quitur secundus tercius & deinceps alia eiusdem
ordinis noia: tñ mltoctēs significat principalē vt
hic ē nostre ciuitatis vnus oim prim⁹: per se signi-
ficat optimum: sed id postremum in raro est vsu
oratorum.

Sanctus

Primus nomē numerale ordinale est qui ceteros omnes or-
dine precedit. Ouidius Prima ceres vnco glebam dimouit a-
ratro. Secundo est precipuus & principalis. Virgilius Reginā
thalamo cunctantem ad limina primi: poenorum expectant.
Inde primates vocamus in aliqua re precipuos vt primates
vrbis / primates regni / qui & optimates dicūtur Tertio prim⁹
optim⁹ am significat vt is inter omnes merito primus habens
dus est: qui ceteros virtute precellit. Sed hoc tertium rarius ē.

Ouidius
Virgilius

cvi. De interdico.

Interdico tibi hac re & non hanc rem: vt interdico tibi aqua & igni. Plinius secundus in epistolis. Careret rege iure: quibus aqua & igni interdicta est.

Interdicere est prohibere: & regit datiuum significantem eum cui quicquid prohibetur: & ablatiuum significantem illud quod prohibetur: vt interdico tibi domo mea & non domum meam. Vel per verbum impersonale sic. Tibi interdictum est domo mea. Vel per verbum passiuum sic. Domus mea interdicta est tibi: vel tu interdictus es domo mea Sed hoc vltimum rarius est.

cviij. Quae nomina ornate syncopantur.

Nunc vero ad reliqua. neque enim inuitus omiseri quod quae nomina ad numerum spectant in eorum pluralibus genitiuis syncopam efficiunt. idque cum vilitatum est: tum ad exornandam pertinet orationem. vt mille nummum potius quam mille nummorum/ mille denarium/ mille aureum/ & tot milia argenteum. Et ita de reliquis & in genitiuis omnium nominum secunde declinationis frequenter efficiunt.

Syncopa

Syncopa est littere vel syllabe a media dictione sublatio: & latine potest concisio vocari. Plurimum illa venustatis affert orationi si commode fiat praesertim cum nimia syllabarum in aliqua dictione congeries: aures prolixitate offendit: mouendum aliquid est in medio: quo gratior breuitate fiat dictione. Quod quidem potissimum seruant auctores in genitiuis pluralibus primae declinationis vt rex celicolum pro celicolarum / terrigenum pro terrigenarum. Etiam in genitiuis pluralibus secunde declinationis aut pecuniam significantibus vt duo milia nummum pro numerum aut significantibus numerum. vt turris centenum pedum. i. centenorum. Ambitus quadragenum passuum. i. quadragenorum.

cix. Citra centenarium & post vigenarium minor numerus maiorem eleganter praecedit mediante coniunctione.

Sed profam scribentes & solutam orationem in
 nominiibus solum numerum & mensuram signifi-
 cantibus atq; innumerorum nominibus eam ple-
 rumq; seruamus consuetudinem. & citra centena-
 rium numerum siquādo post vigenariū duo nu-
 meri commemorandi sunt: vt eorum minor pre-
 cedat & maior sequatur vt hic est vnum & vigin-
 ti annos natus: duos & triginta annos viximus/
 tres & quadraginta annos nauigauit: quattuor &
 quinquaginta annorum consumpsi etatem. Sed vl-
 tra centenarium & citra vingenarium: tritum ac
 vulgarem seruamus morem & sermonem. Quod
 autem sicut duodeuiginti nōnūq; dicimus & duo
 detriginta: ita & duodeuicesimo & duodetrigesī-
 mo manifestum est sed non quidem est frequen-
 ti oratorum vsu.

Hec p̄ceptio quattuor regulis facile declarabitur [Prima
 est. vltra decem & citra viginti sine copula minor numer⁹ ma-
 iori per compositionem preponitur: si vero copula intercesse-
 rit maior minori preponitur: vt octodecim annos natus sū:
 vel decem & octo annos natus sum. Maior autem numerus ē
 in proposito qui alterum in se continet tanq̄ suam partē. Mi-
 nor vero numerus qui ab altero tanq̄ pars continetur. Secun-
 da regula est. vltra viginti & citra centum minor numerus ma-
 iori: si mediet copula: preponitur: sed maiori minori sine co-
 pula preponendus est. vt vixi quattuor & viginti annos vel vi-
 xi viginti quattuor annos. Tertia regula. vltra centum quā-
 tumlibet progrediendo: maior numerus minori & cum copu-
 la & sine copula preferendus est vt vixi centum & viginti ā-
 nos vel centum viginti annos. Quarta regula. vltra decem:
 octauum quemq; numerum eleganter explicamus: per nomē
 numeri decimi sequentis significatiuum: cū hoc adiūcto duo
 de compositum. Similiter nonum quemq; vltra decem nume-
 rum venisse exprimimus per nomen sequentis numeri signi-
 ficatiuum cum vnde compositum: vt duodeuiginti ānos naz.

tus sum. i. octodecim: quasi duobus demptis de viginti: vndeui-
ginti annos natus. i. nouēdecim: quasi vno dempto de viginti.
Sic duodetriginta. i. viginti octo / vndetriginta viginti nouē.
duodequadraginta: triginta octo: vndequadraginta / triginta no-
uē. Et he quattuor regulę in aliis quoq; nominibus numerum
& ordinem significantibus locum habent vt quarto & vicesi-
mo vel vicesimo quarto etatis anno hanc urbem accessi / cen-
tesimo quinto vel centesimo & quinto etatis anno pater obiit /
duodeuicesimo vel vndeuicesimo etatis anno te cognoscere
cepi. Sic in aliis numerorum generibus: eadem penitus seruā-
da est lex.

cx. In dies & in diem.

Quid in dies? nonne pulcherrimus sermo est: ac
significat per singulos dies / & quotidie: sed cum
quodam in cremeto vt tua in dies accrescit virtus /
in dies homines sapiunt / stultorum hominum in
dies accrescit infamia: sed cum dicitur in diem est
terminus deputatus.

In dies non vna est dictio composita vt pleriq; arbitratur:
sed due dictiones scilicet prepositio & nomen accusatiui ca-
sus pluralis numeri sicut in naues. i. per singulas naues. Virgi-
lius in quinto eneidos. Muneraq; i naues donat. Significat au-
tem in dies quotidie: sed rei cum tempore crementum deno-
tat. Et ergo cum dictionibus crementum significantibus vt cō-
paratiuis / verbis inchoatiue forme & aliis consimilem habē-
tibus significationem fungitur vt in dies meus in te amor ac-
crescit. Tua in dies maior euadit virtus. Sed in diem signifi-
cat pro vnus diei spacio & presenti tempore: futuri tēpotis
rationem nullo pacto habendo. vt Aues in diem raptu viuūt.
Eandem quoq; differētiam habent in horam & in horas. hoc
enim cremētum significat. Virgilius in bucolicis. gallo cuius
amor tantum in hi crescit in horas. Illud vero pro p resēti tē-
pora: vt in horam viuo.

cxi. Vt in verbis actionem aut passionem
significantibus: varietati studendum.

Virgilius

In verbis tam actionem q̄ passionem signifi-
cans considerare debemus varias vocum inflexio-

nes atq; exitus: & modo his modo illis vti pau-
rium iudicio: vt fuere pro fuerunt/amarunt pro a-
mauerunt/videre pro viderunt/norim pro noue-
rim/triumpharat pro triumphauerat & de aliis
quoq; eodem modo Sed ne quid cōtra grāmaticę
artis preceptiōnes fiat:hac via prouidēdum est.

In verbis bifariam possumus varietati studere. Primo vten-
do cōcisis per syncopam personis loco integrarum. Cū enim
verba habent vi in preterito:in eius & temporum ab eo for-
matorum personis potest fieri syncopa modo solam litterā
remouēdo vt petii pro pctiui/petiisse pro petiuisse.modo syl-
labam remouendo vt optaram pro optaueram optarim pro
optauerim. Poetę tamen in aliis quoq; verbis quorum prete-
rita in vi non exeunt:interdum faciunt syncopam vt apud Te-
rentium. Intellexi pro intellexisti sepenumero est inuenire:
& apud Virgilium accessis pro accessistis in primo eneidos cū
ait. Vos & scilleam rabiem:penitusq; sonantes accessis scopu-
los.Secundo contingit in verbis varietas vbi due sunt voces
eiusdem persone vna in consonantem altera in vocalem desi-
nens:tunc enim eleganter vtimur vna alterius loco : si modo
oportune hoc fia: vt potuere pro potuerunt. Cura ne hoc be-
neficio indignus videare pro videaris. Nam in secunda perso-
na singulari verba passiuā habent duplicem vocem in tempo-
ribus a'presenti formatis quod tum carmini tum orationi so-
lute non modicam affert venustatem.

cxii. De quin.

Quin particula quomodo increpet vel exortetur
quomodo itē confirmet & quomodo interroget:
id satis exploratum est. Sed nos ea pulcherrime
vtimur:cum dicimus nō possum quin gestiā/non
possum quin doleam/nō possum quī admirer. Si-
gnificat enim fere me non posse continere q; nō
doleam.Et ita de ceteris consimiliter.

Hec dictio quin aliquando increpat cum aspera interroga-
tione & sic verbum indicatiuum requirit. Terentius qui i stas
f.i.

Terentius
Virgilius

Terentius

Virgilius

lapis quin accipis. i. cur non. Aliquando interrogat sine increpatione: vt quin studes/quin ad me venies. i. cur non. Aliquando exhortatur Terentius. quin tu vno verbo dic quid est quod me velis. Aliquando confirmat & significat quinetiam. Virgilius quin aspera Iuno que mare nunc terrasque metu celsique fatigat. Consilia in melius referet. Aliquando significat quod presertim negatione precedente vt non dubium est quin cicero sit omnium oratorum clarissimus. Denique quin significat qui non: vel quod non vt nullus est quin te amet. i. qui te non amet. Numquam ad te venio quin discedam sapientior. i. quod non discedam sapientior. Ex quibus exemplis plane constat quod hoc postremo modo: debet quin ante se habere dictionem negatiuam & post se verbum operatiui modi. Sic etiam eleganter postponitur huic verbo possum negatione precedente: vt quod vulgariter dicunt plerique non possum me tenere deplorando: sic venustius dicitur: non possum quin plorem: non possum quin gaudeam. Vel adiuncto hoc verbo contineo es ere sic non possum me continere quin plorem vel non possum continere lachrymas/ non possum me a lachrymis continere siue temperare. Virgilius. quis talia sando temperet a lachrymis? Denique non possum tenere lachrymas idem significat. Ouidius in secundo meta. Vixque tenet lachrymas/ quia nil lachrimabile cernit.

Virgilius

Ouidius

cxiii. De locus est/vel multum/
vel nihil loci est huic rei.

Terentius

Quid illud: nonne preclarum est vsu: locus est huic rei/ multum loci est gaudium/ plurimum loci est tranquillitas. Et Terentianus dauus. Nihil loci est sententia. Significant enim hec omnia predicta oportere nos letari/ vel tranquillos esse/ vel voluptatibus affici/ vel non negligentes ac segnes esse: & sic in aliis huiusmodi.

Locus duo potissimum habet significata orationem latinam multum exornantia. Primo oportunitatem significat. Virgilius. Et istam oro/ si quis adhuc precibus locus (exue metem. hoc pacto ordinatur eleganter in genitiuo cum istis duobus omnibus nichil plurimum multum & consimilibus sequente verbo substantia

tuo cum datiuo Terenti⁹. Nichil est loci preci relicti. Quod ergo sine ornatu dicitur: non oportet hic dolere: elegantius dictum fuerit: nichil loci est dolori. Nonnunq̄ in eodem significato cum genitiuo gerundii ponitur. Terentius in andria. Itē & multa alia que nunc non est narrandi locus. Secundo significat vicem siue vicariam pro altero existimationem: vt Te patris loco semper colui. i. pro patre/ & tanta veneratione quanta patrem. Terentius. Si te in fratris germani semper dilexi loco. Sic recte dixerimus hoc michi voluptatis loco est: quod si significat hoc est michi iucundum & delectabile. Litteras tuas magni muneris loco expecto: hoc est pro magno munere. Sed de priori tantum in littera.

Terentius

Terentius

cxliii. De magnopere & similibus:

Nonnunq̄ vero duo nomina siue prepositione ad dita siue non: aduerbiū vim retinent vt magnopere pro valde/ maximopere pro plurimum maiorem in modum pro maxime.

^k Duo nomina vnum adiectiuum altaru substantiuū aliquando in vna dictionem coeunt & fiunt aduerbia: idq; bifariam euenit. Primo sine preposiōe vt summopere te diligo. i. maxime. Pleriq; virtutem magnopere extollunt: non tamen eā sequitur. Tantopere. i. in tantum. Terentius. Ahne sui tantopere. Secundo prepositione intercedente vt mirum in modū te amo idest mirifice. hac de te maiore in modum admiror. Sic ad modum pro valde positiuo iungitur vt Cicero insignis admodum orator/ clarus ad modum vir/ supramodum idest preter modum siue plurimum vt supramodū litteris tuis gauisus sū Prope modum significat quasi pene/ferme. Terentius. prope modum tibi habeo fidem.

Terentius

cxv. De imprimis & similibus.

Sed ablatiuū casus siue cū cōmercio prepositionis siue sine eo: vim habēt aduerbiū vt imprimis. significat enī precipue ac presertim: & id (vt greci dicūt)

f.ii.

aduerbium ipsum (si ita appellandum est) perorna
te nominibus iungitur: vt imprimis sapiens / im
primis eruditus. Sed ne a proposito digrediar pau
cis iter dum pro paucum / & multis pro multum.
Verum hec alio loco oportunius.

In primis ex prepositore in & ablatiuo plurali compositum
aduerbium est positius adiungendum. & significat potissimum
siue precipue. Debet autem resolui per prepositionem interet
accusatiuū pluralem huius superlatiuū primus a ū talis quide
generis quale exigit oratio. Vt Cicero imprimis est doctus:
id est inter primos. Lucretia imprimis fuit pudica. i. iter primas
Id imprimis est honestum id est iter prima. Eodem quoque mo
do ablatiuū plurales aiectiuū sepe transeunt in vim aduerborū
Virgilius. Adque hinc responsum paucis ita reddidit heros. Idē
expediam paucis & te tua fata docebo. Non multis tecum a
gam id est multum. breuis hanc rem perstringā. i. breuiter.

Virgilius

cxvi De gerit cum nomine
magistratus siue imperii.

Ille etiam modus optimus est vt si quis dicitur
sit quempiam hominem aliquē habere magistra
tum vel honorē siue imperium vt ex nomine ho
noris eiusmodi & gero geris verbo pulcherrimā
constituat orationem hoc pacto hic est rome con
sul / rome consulem gerit. ita consimiliter impera
torem gerit / principem gerit / pretorem gerit & a
lia consimiliter. Ad hos etenim viros rerum cura
& administratio pertinet.

Gero cum significat habere eleganter accusatiuum habet si
gnificantem dignitatem vel officium: aliquando quidem concre
tum & aliquando abstractum Concretum vt hic gerit consu
lem / imperatorem / censorem / pretorem / questorem / tribunum
principem. Abstractum vt hic gerit in vrbe magistratum / con
sulatum imperium censuram / preturam / questuram / tribunatū
principatum. i. fungitur officio consulis imperatoris & ho
rum autem officiorum nomina alio loco declaranda sunt.

Vsitata & perpulchra est sermonis oratio vt gerundiorum accusatiuis preposita inter: significet tēpus imperfectū indicatiui vel subiunctiui modi vel alterius/ & dum particulam. vt inter ambulandum hostes offendi. hoc est dum ambularem/ inter legendum videbas: hoc est dum legeres. Et sic pro varietate personarum ita explicandū est vti modo explicauimus. Sic seruius ī bucolicis virgilij. Inter agendum. i. dum agis: honesta locutio si dicamus inter cenandum hoc sum locutus. i. dum cenarem hoc sum locutus.

Cum verbum preteriti imperfecti temporis indicatiui vel coniunctiui modi adiungitur aduerbio temporis dum cū: quādo: elegantius verbum mutatur in gerundium accusatiui casus preposita prepositione inter. Quod quidē gerundium explicari debet per verbum talis persone & temporis: qualem sententia requirit. vt multa inter legendum annotatu digna mihi occurrerūt. i. dum legerem. inter ambulandum de te cogitare cepi. i. dum ambularem. Quid inter eundem obsecro inuenisti id est dum ires.

cxviii de in pro erga vel contra.

In pro erga & contra pulcherrima est accusatiuo preposita: vt meus in te animus mea in te beniuolentia. vbiq; enim significat erga. Iuuenalis inuehitur in domitianum Cicero habuit orationem ī catilinam. ibi enim contra significat.

In pro erga ornatam reddit orationem. Cicero. & tua summa in me beniuolentia que mihi iam a pueritia cognita ē. Ita dem pro cōtra. vt magnum in romanos bellum gessere cartaginenses. Deniq; significat pro: & actō quoq; iungitur vt in a moris nostri declarationem hec munera ad te missa volui. Domitius filius vespasiani & frater titi cui imatura morte sublato successit in regno sed moribus longe ab eo dissentiens vt

Cicero

f.iii.

cxviii de bisfor.

Catilina

lato tractat suetonius. Catilina romanus cuius flagitiosissimi
m^o de quo late Salustius scribit.

cxix. De apprime.

Apprime pro valde recte apponitur nominibus
quemadmodum de imprimis superius supra di-
ctum est. Vt Virgilius apprime nobilis/res ap-
prime utilis/& ita de aliis similibus.

Apprime quantitatis aduerbium sicut valde tribus longis
constat syllabis: quod ad sustollendum eorum errorem dictum
est qui penultimam pronuntiatione corripiunt. Significat au-
tem valde & positius iungitur in andria. Terentius. Nāq; id
arbitror apprime in vita esse vtile vt nequid nimis. Virtus ho-
mini est apprime necessaria. Virgilius autem vt hęc dictionē
carmini aptaret dixit apprima nominaliter vltima correpta.
cum in secūdo georgicorum inquit. Flos apprima tenax. Vbi
teste seruo apprima pro apprime posuit.

Virgilius

cxix. Vt res apte coniungitur
adiectiuis possessiuis.

Res nomen latum diffusumq; est: sed eo pulcher-
rime vtimur cum adiectiuis possessiuis noibus &
p̄serti huiusmodi: vt cū dicitur res bellica/res do-
mestica/res publica/res familiaris/res militaris:
& de similibus pariter.

Horatius
Terentius

Res interdum negocium significat. vt tuam rem eque atq;
meam curabo Horatius. Tunc tua res agitur paries cum pro-
p̄mus ardet. In hoc significato eleganter nominibus adiecti-
uis adiūgitur. Terentius. Adolescentulo ab horretū ab re vxor-
ria. Sic recte dicimus. Hic in re civili iam diutius versatus est
In re scholastica morum probitas & animi modestia mirum
in modum commendantur. Preter litteram interdum res si-
gnificat diuitias. Terentius. Cuius frater, aliquantulum est ad
rem audior. Nonnūq; imperium. Virgilius. Postq; res asie pa-
mīq; euertere gentem. hinc rerum potiri dicitur qui summam
imperii consecutus est. Deniq; vtilitatem significat Terenti-
us in andria. Gī in re est vtriq; vt fiant: Vnde hoc e re tua
d est pro tua vtilitate Alias eiusdem nominis acceptiones ex
aliis abunde est inuenire.

cxxi. De prestolor.

Vt aliqua veluti signāda institūā: p̄stolor verbū
plerunq; poete acusatīuo iungunt: Cicero conne-
ctit datīuo vt quē prestolaris: prestolor iohāni.

Prestolari verbum deponens: expectare significat & accu-
satiuo iungitur apud poetas. Terentius, quem prestolaris per
meno. Apud oratores vero datīuo vt prestolor tabellario. Cu
ius ex Cicerone plurima facile exempla occurrunt.

Virgilius
Terentius

cx xii. Assentior / tio. impertior / tio.

Multa sunt verba qbus p̄ eandē significanciā &
passiua vtimur voce & actiua Et (vt omittā pene
innumerabilia) Cicero frequenter in his duobus
modo actiuā modo passiuā vocem vsurpat assen-
tior & assentio. vbiq; eadē cōstructiōis forma: &
impertior. In ceteris aut fit multo rarius.

Vox actiua que in o desinit quācūq; significacionem habe-
at. Vox passiuā que desinit in or cuiuscūq; significacionis fue-
rit. Complectitur ergo vox actiua in ea (qua autor vsitur) ac-
ceptione vocem actiuam & neutralem secundum donatum.
Et vox passiuā hoc in loco suo ambitu continet vocē passiuā
deponentem & communem secundum donati diffinitionē.
Itaq; assentire verbum neutrum secundum vocem / vel assētiri
deponens vbiq; tamen neutrum secundum significacionem:
est assensū prebere & datīuo iūgitur. Virgilius in secundo enei-
dos. Assensere omnes & que sibi quisq; timebat: haud facile ti-
bi assētār. imptio vero in voce actiua vel imptior in voce de-
ponētali: vbiq; significacionis trāsiuue: est dare siue distribuere
& iungitur datīuo cū accusatiuo vel actō cū ablatīuo vt p̄
imptiuit mihi m̄ta bona vel imptiuit me m̄tis bonis: vt im-
pertitus est mihi multa bona. Vel impertitus est me multis bo-
nis. Terentius in euaecho. Sūma salute suū permenonē imptit
gnato. Dicimus etiā impertior in significacione passiuā quod
huic verbo imptio is respōdet. vt multa bona mihi sūt a patre
imptita. Partior verbū simplex idē significat scilicet i partes
diuidere: vt pater mihi partitus est sua bona / vel i me ptitus ē
sua bona. Virgilius. & socios partitur in oēs. Dispartio is / vel
dispartior iris: alterū cōpositū significat diuersis distribuere. vt
summa bonitas hominibus sua bona dispartit. vel dispartitur

Virgilius

Terentius

Virgilius
Mātuanus

Ouidius

Sic alia pleraq; verba eandem constructionem & significatio-
nem sub diuersis habet vocibus vt preuerto/or. Virgilius. Vo-
lucrēq; fuga preuertitur hebrum. reuerto or: vocifero or. Mā-
tuanus. Vociferant altum lateq; incendia iactant. Sic populo
as/popularis. Virgilius. Venimus aut libicos ferro popula-
re penates. Comito as comitor aris. Ouidius. Ac nostros comi-
tate gradus. simul ardua montis Medico as: medicor aris.
Virgilius. femina vidi equidem multos medicare serentes. &
similia.

cx xiii. Vsu venit.

Vsu venit ornatissime pro contingit ponitur.

Vsu venire eleganter cum datiuo ponitur pro euenire con-
tingere accidere. Sepenumero vsu euenire solet vt in autorem
scœlera redeant sua. Interdum vsu venit q; boni aduersam &
mali prosperam habeant fortunam.

cx xiiii. Vsurpatio & vsurpare.

**Vsurpatio & vsurpare non ita intelligi debent si-
cut iuriscōsulti vtuntur: sed vsurpationem orato-
res in frequentem vsum nominant: vt vsurpare
in frequenti vsu habere.**

Iuriscōsulti dicunt vsurpare esse rem alienam vt suam deti-
nere/ac in suum vsum applicare. hec tamen significatio apud
oratores non est vsitata apud quos vsurpare significat frequē-
ter vt. vt Cicero hoc loquendi genus sepius vsurpat. In voce
passiua sic. Quæ a probatis autoribus vsurpata sunt vocabula
& nos quoq; vsurpare debemus. Vnde vsurpatio frequēs vsus
vt Crebra est apud Ciceronem huius verbi vsurpatio.

cx xv. Deficit cum accusatiuo.

**Hęc res me deficit id est deest mihi hec res: vt
deficit me dies/vita q̄primum mortales deficit.
Sed deficio hac re magis poetarum est.**

Deficere deesse significat & aliquando datiuū habet quod ta-
tius est vt deficit michi vires/pro tanto onere subeundo.

Interdum accusatiuum vt deficit me animus. Ante me dies de-
 fiet q̄ omnia dixero. & hoc ornatissimum est. Interdum ha-
 bet ablatiuum vt deficio viribus. In voce passiuā deficior id est
 deferor relinquo nonnunq̄ inuenitur. Ouidius. Deficior pru-
 dens artis ab arte mea Nam deficio accusatiuo iunctum reli-
 quere & deferere potius q̄ deesse significat. quare actiuam tu-
 significatiōem retinet. inde participium defectus a um passi-
 ue quidem vocis sed actiue significatiōis. Nempe significat
 fractum debilitat. m/ & quod propemodum deficit. Ouidius
 que vires defecto reddat amori & ablatiuo iungitur vt sum de-
 factus labore. At nomen verbale defectus/us/uis/carentiam &
 absentiam significat. vt defectu naute nauis facit naufragium
 id est quia nauta non est presens.

cxxvi. Omnis pro omnes

Nunc autem ne ea que perutilia sunt & ornatissi-
 ma omittamus intelligendum est q̄ que nomina
 tercię declinationis tam nominatiuum q̄ geniti-
 uum singularem habent similes. fertim si geniti-
 uus pluralis in ium exiuerit: eorum frequenter ac-
 cusatiuus pluralis in is terminari solet raro in es
 vt omnis pro omnes/mortalis pro mortales ina-
 nis p̄ inanes. Similiter (vt ipse quoq̄ testatur pri-
 scianus) in es & in is terminata reperiuntur vt for-
 tis & sortes/partis & partes/pontis & pontes.
 In reliquis rarius id fit que est poetarum venia.

Nomina tercię declinationis non crescentia in genitio sin-
 gulari & habentia ium in genitio plurali habent in accusati-
 uo plurali is longam pro es. Quod in adiectiuis sepius vsu ve-
 nire solet. De carentibus singulari numero idem subit iudiciū
 sicut de habentibus vt tris pro tres. Virgilius in tertio eneidos
 Tris adeo incertos cęca caligine soles. Idem in primo. Crude-
 lis aras traiecitq̄ pectora ferro. Etiam nomina terminata in
 ns & rs quibus genitiuum singularem habeant excedentem no-
 minatiuum in syllabis: & inueniuntur habere is pro es in ac-

cusatiuo plurali modo habeant ium in genitiuo plurali vt pro-
claras artis edoctus est pro artes / fontis pro fontes: sapientis
pro / sapientes: hoc tamen posterius poetarum licentia potius
q̄ regula & lege concessum est. Nec extenditur hoc p̄ceptū
ad nominatiuum & vocatiuum pluralem quīs pleriq̄ credide-
runt communem tribus pluralis numeri casibus hanc legē eē.
Obstat enim doctissimorum id non vsurpantium autoritas.

cxxvii. De prope diem & post die.

Quedam aduerbia sunt quę epistolis maxime cō-
gruunt sicut prope diem / quā primū / cito / confesti
& post die quod multi ignari litterarum & grā-
maticę artis expertes exponūt post tres dies Sed
tu (ne eodem ducaris errore) crede post die sig-
nificare postero die. Et eo pacto Marcus Cicero
accepit & alii eruditissimi viri.

Propediem significat tempus statim futurum quod vulga-
riter dicunt quidam in breui vt nūcius propediem venturus ē
q̄ primū significat continuo. Cicero ad marcellum. Cura igi-
tur vt q̄ primū venias: venies enim mihi crede expectatus.
At cum primū duę sunt dictiones sicut quando primū .i.
postq̄ postea q̄ simul ac / simul atq̄ / simul vt / vt duo verba po-
stulant: q̄ primū vnum tantum vt cum primū oculū nactus
fuero. litteras ad te dabo. Pleriq̄ tamen errore ducti & nihil
interesse credentes hoc pro illo vtuntur: & dicunt q̄ primū
oculū nactus fuero vbi rectius cum primū diceret. Cito ce-
leriter / confestim protinus / illico / continuo / euestigio. Postri-
die significat posteriori die sicut pridie priori die & ordinan-
tur primo cū genitiuo vt pridie illius diei quo ad te veni: mor-
bo captus sum / post die calendarum martii recessi. Cum accu-
satiuo vt pridie calendarum ianuarii ad te veniam & post die no-
nas ianuarii recedam Interdum habent post se aduerbium q̄
vt pridie q̄ recessi te allocutus sum / post die q̄ urbem intraui te
salutavi. Aliquando sine casu & aduerbio vt has ad te litteras
calendarum ianuarii dedi: tuas autem pridie accepi. Terentius i an-
dria. Venit chremes post die ad me.

cxxviii Primum / deinde / pre-
terea / ad hoc postremum.

At si quis multa referre velit pro prima re ponat primū vel primo: vtrunq; enim in vsu est. pro secunda deinde vel secundo loco. pro tertia: preterea/vel tercio loco. pro quarta (quod praro accidit) ad hoc/vel p̄terea/vel quarto loco In calce: postremo vel postremū demū. Sit igit̄ huiusmodi exēplū Tria sūt quę magnā michi afferunt voluptatē primū enī q̄ optimū amicum natus sum: deīde autem q̄ singularem tuam erga me sepe testificaris benuolētīā: postremū vero q̄ te icolumē itellexi.

Quando in aliqua oratione multa occurrunt quodam ordine referenda: vt multe cause ad vnam rem afferēde. aut aliqd̄ in partes digerendum: debet primę parti preponi hoc aduerbium ordinis. primū. vel primo. Siquidem aduerbia ordinis a nominibus ordinis numerum significātibus formata: in v̄ vel in o terminantur. vt secundum vel secundo/tercium vel tercio/quartum vel quarto. Ante secundam partē secundum vel secundo loco. Ante tertiā partem preterea vel tercio loco. Ante quartam si vltima non fuerit: ad hoc siue ad hec (qđ aduerbium est ordinis significans insuper vel preterea) vel quarto loco. Ante vltimam partem: postremū vel postremo/demū/ deniq; nouissime: vt multa sunt: quę aī meū ad te amandū. vehementer impellunt. Primum enim / q̄ virtutem studiose colas: deinde q̄ acri polleas ingenio: preterea q̄ litterarum es studiōsissimus: ad hoc q̄ singulari me amore prosequeris: postremum q̄ tuum in me amorem multis beneficiis clarissime testificaris / ostendit q;. Ibi quinq; ad eandē rem adductę causę hoc pacto per ordinem sunt constituendę.

ex xix De ordine harum cōiunctionum
enim autem vero.

Quo iure id quoq; aduertendū est q̄ tres inuenimus coniuñtiones recto atq; vsitato ordine: quę sunt enim autē & vero. Sed tu ipse hec oīa acmulto plura facile cognoueris: si Ciceronis scripta & imprimis epistolas lectitabis.

Enim coniunctio rationalis est nō in principio sed medio col-
locanda. vt merito te amo; sepius enim de me bene meritus es
Iste vero coniunctiones rationales: nam quia quādo quā
do quidē / quippe nēpe semper preponuntur. nāq; & si quidē in-
terdum preponuntur / interdum vero interponuntur. vt nō mi-
retis obsecro: q; tantopere exte litteras petā: ea nāq; est ami-
corū consuetudo: hęc duę coniunctiones vero. &. autem signifi-
cātes idem q; sed: nunq̄ preponuntur. sed semper interponuntur
differenter tamen: quia autem negationi postponitur: vero p̄-
ponitur. vt iohannes studiosus est: non autē ingeniosus: vel stu-
diosus est: ingeniosus vero non. Pręterea dicimus eniūero tū
vero. at vero. sane vero. ita vero / iam vero. non tū dicimus eni-
autem / tū autem / at autem / sane autem & sic de aliis. Verū con-
iunctio aduersatiua in principio orationis ponitur. Vt Te huc
uenturum arbitrabar. verum mea opinione deceptus rem ali-
ter euenisse cognoui.

cxxx Memorie proditum est.

Memorie proditum: significat scriptum ē. Mul-
ta enim talia ornatissime vsurpantur variis cum
significantiis: vt memorie tradere / mandare scrip-
tis / mandare litterarum monumentis. quorū ser-
me omnium eadem vis est: sed mādare memorie
aliud sibi videtur.

Memorie prodere vel tradere est scriptum relinquere. Vnde
res memorie prodita vel tradita dicitur que in scriptis reda-
cta est: vt memorie proditū est romanos cum bello tū virtute
ceteris prestitisse Memorie traditū accepim⁹ romanos atroia-
nis ortū duxisse Mandare litteris vel litterarum monumentis
idem significat: vt egregia illustriū virorum facta litteris man-
data sunt / vel preclara nobillium virorum facinora litterarum
monumentis tradita mandataq; sunt. Memorie mandare est
aīo reponere siue memori mēte condere. Et qđ pleriq; inepre-
dicunt retinere vt quecunq; didiceris: memorie māda. i. anni-
mo fige vel menti tenacius hęcant. nichil te scire existima ni-
si quod memorie mādatum fuerit & sic de consimilibus.

cxix. Fallit me hec res.

Fallo verbū tritū ē apud Ciceronē. Fallit me hec
res dicim⁹ / fallit te spes qđ ē frustra & decepta.

Fallo p decipere & frustrari noi atrn exigit significatē illud quod aliquē fraudat: & accusatrn significatē personā que frau datur. vt hec me sefellit opinio. Virgilius. nec me mea cura sefellit In voce passiuā petit ablatiuum sine prepositione. vt falsus sum mea spe. Sabinus. fallitur augurio spes bona sepe suo. Ille sua opinione falsus est idest fraudatus.

Virgilius
Sabinus:

cxxxii. Missum facere.

Missum facere. i. dimittere: venustū & ornatū est Nā missā hanc rē facio significat dimitto illā rē.

Facio verbum ornate ponitur cum hoc accusatiuo partici piali missum in quolibet genere & vtrolibet numero pro vatte tate substantiui additi. vt te missum facio. i. dimitto. Terenti⁹ nos missos face pro fac. Antiquum enim est imperatiuū & ab soletum huius verbi facio: quo tamen Ouidius vsus est in secū da epistola. Philliface expectes demophoonta tuū. Itē in epi stola laodomie ad prothesilaum. Et dicit referas arma face is ta ioui. nam ratio carminis non admittit fac. monosyllabum & longum. Sed hec missa faciamus alia nō minus vtilia dicūri.

Terentius

cxxxiii. De ne quidem.

Ad hoc & i eadem oratione duę hę particulę ne & quidē pulcherrime sūt: si quis fuerit illis recte vsus: Nam cum ponuntur: semper aut aliquid di ctum est/aut mente concipitur. Vt ne audiui qui dem. Significat enim exempli causa: non solum non vidi sed neq; etiam audiui. Item aliud: exem plum. Philosophię studia democritus non solum non inter mittit: sed ne remittit quidem. Remitte re nāq; philosophiā est remissius philosophari.

Ne pro non eleganter habet post se hanc dictionem quidem aliquo tamen interposito. Tot ac tantis virtutibus ornatus est Cicerō: vt ne vna quidē ei deesse videatur. Adeo firma erit tui apud me beneficii memoria: vt ne vlla quidem obliuione abo lerit pe⁹it vnq;. Vbi autem in prima orationis parte hę particu le ponuntur aliquid interdum subauditur & subicitur intell-

gendum: vt ne vllasquidē gratias egit. id est non modo gratias
non habuit: sed neq; vllas egit. Frequentius tamen in secunda
parte sententię locatur ad rem minōrē: precedēte nō modo cū
negatione ad rem maiorem. vt hic non modo michi nō est io-
cundus / sed ne gratos quidem. Et summam vōi in oratione
latina ponitur negatio: eius loco fere semp poni potest ne qui-
dem Quintilianus in primo. Gaudemus si quid licentius dixe-
rint: verba ne alexādrinis quidem permitenda deliciis risa &
osculo exipimus. Democritus philosophus ex Abdera vrbe
Trancię oriūdu & hinc abderites vocatus est: de quo vide dio-
genē laertium. Intermittere. interlarare. interrumpere. vt cū
quis cōcepto desistit rursū operaturus: ille intermittit opus.
Sic intermittere studium est illud interrumpere. Remittere ve-
ro studium est ipsum diminuere & minus diligenter q̄ ante il-
lud exercere. vt remissior est Iohāni litterarū cura q̄an fuerat
cx xxiii. De ordine plurium sine cōiūctione.

Sed ea quoq; adhibenda diligentia est: q̄ si quan-
do plura ponimus presertim sine copulatione q̄
articulus est: & si idem videant̄ significare: quod
vehemētius sonat magis collocetur in calce vt tua
virtus laudanda / probanda est nam probāda est
magis: q̄ sit animi iudicio. magistrat⁹ diligere. a-
mare. colere. debemus. probatissimos viros: om-
nes homines verentur / obseruāt / admirātur. que
turpia. obscœna. tetra. scœda sunt: ea fugere & asp-
nari debemus. Virtutis / officij summa laus est: nā
officiū habet accessionē actiōis Sed in his quo-
q; ordo quidem spectandus est. q̄ si tria: quorum
duo partem aliquam significant / tertium sit com-
muni⁹: id profecto plerūq; debet in fine colloca-
ri: nisi se habuerit quodā generis modo: tunc eni
econtrario sit. quod nunc liquido ac perspicuo pa-

tefaciam exemplis: ac prioris quidem exemplum est. Omnis in adipiscenda virtute cura, opera diligentia, ponenda est. est enim cura consilium animi/ opera corporis/ diligentia vtrūq; complectitur. Item in republica plurimum industrię, laboris, temporis ponendum est. Amicos consilio/ viribus/ opera adiuuare debemus. Alteris nota exempla sunt. Non sunt par se res commode expectende: diuities/ honores/ voluptates. Commodum enim generis locum detinet: cuius spēs sunt multe: puta quas modo numerauimus. Atq; item animalia quęq; homines leones equi bonum videntur appetere. Sed vtrūq; res sese habeat si multa sunt quod pluris est debet poni in fine. Iam ad alia procedamus.

Hec regula in tres partes diuiditur. Prima est quando multe ponuntur dictiões sine copula intermedia idē significantes vna tamē maius & altera minus quicquā importet: tunc que min⁹ significat primo poni: & que vehemētius in fine locari debet vt fiat gradatim a minori ad maius progressio. Terentius A- deo ne me ignū au / adeo ingratum / aut in humanum putes vt neq; me consuetudo neq; amor neq; pudor commoueat. Idē i eunucho. Pergis scelestā mecum perplexe loqui? quid ais sacilega? quid ais venefica? Omnes tibi opes operam / studiū animum & deniq; me ipsum tibi deuoueo. Laudare est ore & voce aliquem commendare. Probare est alicuius virtutem animo approbare: hoc ergo maius est illud minus quemadmodum vocis iudicium animi iudicio est in efficacius. Similiter diligere est mediocriter / amare vehementer / colere cum veneratione. postremum ergo maximum est. Vereri est cum reuerentiā timere / obseruare est venerari & honore quem amamus prosequi. Admirari est ob virtutis magnitudinem admirationē capi. quare postremum vehementissimum est. Turpia ihonesta / que virū studiosū minime decent. Obscena / lasciuia scurrilia. & pter honestatē sordide ac petulāter dicta at facta.

Terentius

Tetra. horrenda. nephanda: infanda. Foeda que adeo execranda sunt. vt narrata audientium aures offendat: quare hoc vltimum maximum est. Virtus est anime habitus ipsam perficiens atq; opus eius bonum reddens. Officium est ex virtute procedens operatio: & hoc quidem maius est: quam loquidē laus omnis ab ipsa actione surgit. non enim ob habitus tantum commendamur: sed ob bonas (que ex illis enascuntur) operationes. Adde officium finem esse virtutis: quia ob officium exercendum ordinatur: finis autem prestantior est his (que sunt ad finem: vt in morali philosophia latius discutendum est. Secunda pars est / si tria sint in oratione quorum duo cuiuspiam rei partem tantum denotant / & tertium complectatur totum: tunc illud generalius sine collocandum est. vt amicum amico consilium. vires. operam. prestare debet: nempe consilium animi est: vires corporis opera vtriusque complectitur. Tercia pars est / si multa in oratione eadem ponuntur: quorum vnum se habet vt magis commune ad cetera: que sua significatione complectatur: quod communius est precedere debet: & specialia sequi. vt omnis virtus. fortitudo. temperantia. liberalitas. laude meretur: Animalia rationis expertia. equi. boues. a feni. longe sunt homine inferiora.

cxxxv. De, quisquis / vt vt / vbi vbi.

Multoties geminatio in quibusdam tam verbis in finitis que aduerbiis tanti valet: quanti id nomen semel & cumque: vt quisquis pro quicumque / quotquot pro quocumque / quantum quantum pro quantumcumque / qualis qualiscumque / vtvv pro vtriusque / vbi vbi pro vbiuscumque / Et id aduerte diligenter.

Quando iste dictiones quis. qualis. buntus. quod. vbi. vt. & similes geminantur: significant idem: que simplex dictio composita cum cumque vt quantum quantum. i. quantumcumque / quoquo. pro quocumque. quotiens quotiens pro quotienscumque. Terentius: la vbi vbi erit inuentum tuum pamphilum / & adductum curabo. Et petunt he dictiones geminas orationes: quoniam vno verbo sententiam non complent: vt hoc quidem negotium expediam: vtriusque ferent vires. Preterea componuntur & predictę dictiones cum uis. vt quiuis. quantumuis. quouis. vbiuis. &

Terentius

significant idem quod ipfemet compofite cum libet: vt quilibet/quantumlibet/quodlibet/vbilibet/ſcilicet indifferentiam perſone: quantitate: vel loci: vel cuiuſpiam alterius rei & vnũ tantum requirunt verbum. vt vb' u'is loci maneamus. id eſt. in quocunq; loco placet vel petis. Illud etiam non eſt omittendum q; quis quicunq; & quiſquis idem ſignificant: non tamẽ eodem modo inflectuntur nec eoſdem retinent caſus nam quicunq; per omnes caſus vtriuſq; numeri in triplici genere declinatur nec vllus caſuum ad integram declinationem facientium ei deeſt. Sed quiſquis geminata dictio ſolum illos habet caſus ſingularis & plurales qui nominatiuum ſingularem ſyllabis non exceſſunt: ceteris autem nominatiuo in ſyllabis ſupercrescentibus caret. Quare in ſingulari numero nominatiuum habet in omni genere: accuſatiuum & ablatiuum vt quiſquis quemque quoquo queque quamquam quaqua: quicquid quicquid quoquo & caret genitiuo & datiuo ſingularibus nominatiuum in ſyllabarum numero ſuperantibus: non enim dicim⁹ cuiuſcuius cui. In plurali numero nominatiuum & accuſatiuum pluralem tantum habet vt quii. quos quos. queque quas queque queque vtroq; nominaliter ſcripto: nã queq; vbi ſecunda pars coniunctio eſt correpta: venit a quiſq; & ſignificat omnia: de quo nunc ſermonem non agimus. Et caret genitiuo datiuo & ablatiuo pluralibus: q; his caſus plures nominatiuo ſyllabas habeant: dicimus enim nunq̃ quorumquorum quibus quibus licet enĩ ars omnes admittat caſus: vſus tñ (que penes arbitrium eſt & ius & normale quendi) huiuſmodi excreſcentes caſus non recipit. Et quoniam de compoſitis huius dictionis quis incidit ſermo: non videbitur huic loco incongruum id vnũ de illis adicere: q; hoc nomen infinitum ſiue pronomen (nihil enim in preſentiarum refert) in nominatiuo ſingulari ſceminini generis & nominatiuo & accuſatiuo plurali neutri generis habet que vel qua: quod nõ eſt intelligendum de ipſo ſimplici q̃ in differẽter alterã illarũ terminationũ in prædictis caſibus hẽat. Dicimus enim in ſimplici in prædictis caſibus ſẽper que nec vnq̃ recte loquẽtes dicerem⁹ qua: ſed hoc ratione compoſitorum eius poſitum eſſe cognoſcant oẽs: nam alia qua eius compoſita habent e in prædictis caſibus & non a. Cõtra alia habent a & non e: ad quod clarius dinofcendum ponunt. r duẽ regulẽ. Prima. omnia compoſita pronominis q & etiam pronominis quis habentia hoc ipſum pronomen in principio cõpoſitionis: habent i noĩatiuo ſingulari ſceminini generis & i noĩatiuo & actõ plurali neutrius generis. e. & nõ g. i.

Quicunq;
q uisquis

Cõpoſita a
quis & qui

a. vt quidam, quiuis, quicumq; quilibet: habent quidam, queuis
 que: unq; quelibet & non quadam quouis quacumq; qualibet.
 Item quisnam quisquis quispiam quisputas quisq; quisq; habet
 quenam quepiam queputas queq; queq; & non a. Secunda
 regula est: q; composita huius pronominis quis habetia hoc
 ipsum pronomen in fine & non in principio: habent in nomi
 natiuo singulari foeminini generis & in nominatiuo & accu
 satiuo plurali neutri generis. a. & non e. vt auquis aliqua & no
 aliq; siquis siqua & non siq; Virgilius. Siqua tui coridonis
 habet te cura venito/nequis nequa non autem neq; Virgilius
 in octauo eneidos. Atq; hos nequa forent pedibus vestigia re
 ctis. Simplicis autem nominis infiniti quis vel qui in numero
 singulari masculini generis duplex nominatiuus diuersa (vt
 fatis omnibus constat) fortis officia nam quis interrogat & no
 refert. qui vero refert non autem interrogat: in ceteris casibus
 eadem voce huiusce pronominis interrogamus & referimus.
 excepta hac neutra voce quid: qua interrogamus solum refe
 rimus vero nunq;. Proinde ab altero neutrius generis nomina
 tiuo multu differt. Nam quod refert & interrogat & adiecti
 ui fungitur officio: nam substantiuum eiusdem cum eo gene
 ris numeri & casus sibi ascribit: vt quod munus/quod donu
 nec alterum secum adiectiuum admittit nisi illud in vim sub
 stantiui transferat vt quod bonum/quod malum. Quid vero in
 terrogat solum aut inde terminatam reddit locutionem cum
 significat aliquid: & substantiuum naturam habet. Adiectiuum
 eni & genere & numero & casu sibi conformiter recipit. vt quid
 utile/quid dignum tantis meritis rependam? Substantiuum ve
 ro eodem casu secum nunq; habet sed bene in genitiuo casu po
 situm vt quid animi habes/quid cause est q; ad me non vene
 ris: que admodum tertio & vicesimo precepto latius declara
 tum est. Eandem seruant differentiam in neutro genere com
 posita huius pronominis quis. & qui. nam que. o. ante. d. habet
 adiectiuorum seruant naturam. vt quoddam/aliquod/quodlibet
 quodcumq; sed que. i. ante. d. retinet substantiua sunt: quid
 dam. aliquid. quicquid quicq; quippiam. De quorum quide co
 positu & simplicis natura latius tractanda alius requiritur
 locus: nec debet quis q; istoru acceptiones: & que gramaticę lo
 cutioni conducunt proprietates: vt exigua aliquid relinquere
 aut cotenere: nempe ex his recte intellectis certa pate. ad elo
 quentiam via: quibus sane neglectis aut perperam intellectis
 ne latinum quidem sermonem quisq; proferre posset.

Et id aduerte diligenter: accedit pro additur q̄
vfitatum est tam pulcherrimū videri debet. Vnde
& accessio additionem signat. vt ad meas misere-
rias mihi accedit dolor. i. additur.

Accedere pro adire accusatiuum vel loci vel persone sine p̄-
positione requirit: vt accessi patrem. Interdum adiungitur pre-
positio ad. Terentius in eunuchō. Accede ad ignem hunc: iam
calesces plus satis. inde accessus. us. ui. nomen. i. aditus. Ouidi-
us Quo ferar' accessum terra paterna negat. Accedere vero p̄
addi. & adiungi. datiuum exigit. vel accusatiuum cum prepo-
sitione. ad. vt malo malum accedere solet. Ad meam paup-
tatem mihi accessit & moribus. Inde accessio: adiectio: cremē-
tum. vt si qua tibi fortune accessio fuerit: ne mei sis immemor
oro. Tantus est meus in te amor: vt ne vllam quidem accessio-
nem illi posse fieri crediderim.

cxxxvii. De cōfido.

Confido non sicut quidam arbitranē (nescio quo
pacto) construitur: sed iungitur datiuo/alias abla-
tiuō casui & in his potissimum versatur: quę ad a-
nimū spectant. vt confido tua virtute/humanita-
tate/tuo consilio/& idem de aliis huiusmodi.

Confitere est fiduciam habere nec accusatiuum cum prepo-
sitione super aut ablatiuum cum prepositione i post se petit vt
pleriq; arbitrantur. Sed vel datiuum. vt tue humanitati confi-
sus ad te confugere decreui. Vel ablatiuum sine prepositione
vt tua (qua in omnes vteris) benignitate confisus: opem tuam
implorare statui. Simplex autem fido modo datiuum habet
Mantuanus. Fidite virtuti: fortuna fugacior vndis

Non manet: & certam nescit habere domum.
Modo ablatiuum: vt tua filius beniuolentia intrepidus te ac-
cessi. A fido fiducia in bonam partem. A confido confidentia
in malam partem accipitur pro malefaciendi impudentia &
audacia. Terentius. O ingentem cōfidentiam.

cxxxviii. Credo pro committo

Credo quoq; p̄ cōmitto/or natissimū ē: vt credo
tibi consilia mea/credo tibi grandem pecuniam.

g ii.

Terentius
Ouidius

suibus

Baptista
Mantuanus

Terentius

& sic de aliis.

Virgilius

Credo pro committo transitium est & datiuum cum accusatiuo postulat. vt credo tibi negocia mea. Virgilius. Ausus se credere caelo. Interdum fidem habere etiam transitium. vt Quintilianus in sexto Credendum doctissimis hominibus: qui vnicum aduersorum solacium litteras putauerunt. Vnde res non est credita que non accepit fidem apud audientes. Virgilius Ora dei iussu non vnq̄ credita teucris Inde nomen credulus qui credit. Virgilius. sed nō ego credulus illi Inuenitur hoc nomen cum accusatiuo mediante prepositione in. Ouidius Conscia mens recti fame mendacia ridet:

Ouidius

Sed nos in vicium credula turba sumus.
Et credibile quod credi potest. Incredible quod hominum fidem excedit. Deniq̄ credere est fidere: & datiuum solum petit. Virgilius in bucolicis? O formose puer nimis ne crede color. Idem Non bene ripe creditur.

cxxxix Grandis maior vel minor natu.

Grande adiectiuum nomen proli vel etati conuenit vel pecunię. pecunię exempla supra posuimus. Sed hic grandior nestore videtur: id est videtur q̄ nestorem vincat etate & antecedit: hic ē grandis natu: grandissimus natu significat longeuum hominem atq̄ admodum senem. Et quia de natu facta mentio est: maior natu ornatissime significat seniore[m] sicut minor natu iuniorem.

Grande adiectiuum significat magnum. & attribuitur iterum molī vt grandia saxa & edificia recte dicimus. Attribuitur & pecunię: vt hic grandī pecuniā multatus est. Preterea proli vt hic filiorum est grandior. Deniq̄ etat & ceteris quidem frequētius: vt hic est grandis etate / quo / natu. i. pfecta etate / grandior quo q̄ iohannes. i. maiorem habet etatem / grandissimus natu. i. annis & quo maturus siue grandęus. Natu vero ablatiuus est singularis etatem significans: & recte adiectiuus cuiuslibet gradus excessum aut diminutū significatibus additur. vt iohannes est maior natu ego. i. senior / maximus natu. i. antiquissimus. Sū minor natu q̄ iohānes. i. ior.

Ego sum minimus natu fratrum. i. minimam inter fratres etatem nactus. Nestor filius Nelei rex Pyli: trecentos annos vixisse memoratur. vt ipse apud Ouidium de seipso refert. Annos vixi bis centum iam tertia viuatur etas.

Nestor

cxl. De parentesi

Insuper haud illepidam fit interpositio nonnunquam in oratione atque interiecta parentesis: vt dedisti ad me (que mea summa est voluptas) suauissimas litteras. omnes amicos (nisi fallor) plurimum admiror. Scire velim ex te (ea namque est amicorum consuetudo) quid nuper in causa marci antonii egeris. Et ita demum re postulante nostram orationem huiusmodi interpositionibus aspergamus.

Parentesis latine interpositio dicitur & est integre sententiae inter alterius diuise partes interceptio: duobusque semicirculis a sententia cui interponitur distingui solet. Ea ornatissimam reddit orationem: si modo accommodate & decedenter fiat: neque nimium frequens: sed materia orationis expetente. vt me uictima (vt ita dixerim) suspiria trahentem ad vitam reuocasti. Tuque littere summam (mihi crede) voluptatem animo meo attulerunt. Virtus (vt mea fert sententia) ceteris dignior habenda est. Si tibi uita (quod dii iubeant) sit superflua: mirum in modum gaudeo: si languida (quod superi auertant) ualitudinem: tuam fortem doleo.

cxli. De increbruit.

Hec res apud me increbruit: & fere significat ad aures peruenit: & rei noticiam significat.

Crebrescere frequentius esse & augeti significat. Virgilius. Crebrescunt optatae aures. inde increbrescere frequenti narratione diuulgari & ad cuiuspiam noticiam peruenire: & accusatiuum petiti significantem personam uel locum cum praepositione apud. huius rei fama apud nos increbruit.

cxlii. Vt nos nescire quid dicamus.

Nescio hanc rem / ignoro / preterit me / fugit me / g. lii.

latet me/huius rei nescius sum/ignarus sum / hec res scientiam meam fugit.

Trifariam rei alicuius ignorantiam exprimere possumus. Primo ponendo personam ignoratam in nominatio & rem ignoratam in accusatio cum istis verbo nescio/ignoro vt nescio huius rei veritatem. Secundo ediuerso ponendo rem ignoratam in nominatio & personam ignoratam in accusatio cum istis verbis fugit/preterit/latet:que interdum significant ignotum & incognitum esse.vt huius rei veritas me fugit/illius rei noticia me preterit. Virgilius. Nec latuere doli fratrem in unonis & ire. Tercio ponendo personam ignoratam in nominatio aut altero quocumque casu & rem ignoratam in genitio cum istis adiectiuis nescius/ignatus/inicius/iperitus/ignorans Vt huius rei sum nescius/Istius loci sum ignarus.

cxliii. Reliquum est pro restat.

Hoc reliquum est. i. hoc restat: per pulchre & magno cum ornatu idem significat. Exemplum est: omnia tibi & natura & fortuna tribuit: reliquum est vt bene & laudabiliter uiuas.

Reliquum est pro restat post se requirit conjunctionem vt cum verbo optatio.vt cum claro polleas ingenio & egregios preceptores nactus fueris: reliquum est vt litteris insudes. Cum tibi superi optimos prestiterint parces & animum virtuti natum. reliquum est vt pro viribus bene agas. Sic dicimus nihil spei est reliquum: ille nihil pecunie reliquum fecit.

cxliiii. Vulgo. i. vbiq;

Rumor est vulgo. i. vbiq; & comuniter dicitur & ornatus est sermo.

Comuniter barbare significat fere apud omnes siue quod in omnium ore versatur. Recte enim est coniunctim collectim & simul: vt illi comuniter victitant. Ouidius. Diuq; o comuniter omnes. Vulgo autem aduerbiu significat vbiq; & quod inepte per comuniter significatur. Terentius. Veru' quod vulgo dici solet omnes sibi malle melius q; alteri. Quintilianus in septimo. Vulgo dicitur scelera non habere consilium.

Ouidius:

Terentius
Quintilianus

cxlv. Accipere pro au-
dire & cognoscere.

Accipere pro audire & cognoscere peruenisse di-
citur. vt accipi rumoribus quorum est incert⁹ au-
ctor. Accepi hominū fama: quocerto auctore con-
tinetur. Accepi nūciis idest nunciacionib⁹: quos
nuncios: & qui mittitur affert. Accepi litteris q̄s
plerūq; ab amicis accepim⁹ Et i aliis cōsilib⁹ locis.

Accipio pro intelligere & cognoscere multū ex ornat ora-
tionem: si accusatiuo iungatur & ablatiuo intercedente plerū
q; prepositione vt tibi bene esse ex tuis litteris accepi. Amicū
meum bona esse valitudine ex nūcio accepi. Virgilius. Quo
facere id possis nostram nunc accipe mentem. Præterea acci-
pere est habere siue pati & quibusdam accusatiuis iūctum splē-
didam reddit orationem vt hic vulnus letale accepit. i. vulne-
ratus est. Accepi iniuriam cladem & c. Iuuenalis quandoquidē
accepto claudenda est ianua dāno. Rumor & fama vt decla-
rat autor differūt q̄ rumor est rerum nouarum siue certo au-
tore. Fama autem rerum recentium certo autore vulgarum
Nuncius modo ille qui nunciat aliquid & tunc actiue capitur
modo illud quod nūciatur & tunc passiuē. vt quod vulgariter
dicunt habui bona noua sic rectius dicitur letum accepi nun-
cium. Tristem de fratris obitu nunciū accepi. Idem significat
nuncium nunciū vt iocunda aut tristia accepi nuncia.

Virgilius

Iuuenalis.

cxlvi. hisce/hosce/hasce.

Pronominibus articularibus demōstratiuis con-
sueuerunt oratores addere se adiectionem i iis ca-
sib⁹ q̄ in s desinunt euphonie causa: vt hisce hosce
hasce pro his hos has.

Pronomen hic in casibus ereuntibus in s suscipit hanc sylla-
bicam adiectionem ce vt huiusce pro huius/huiuscemodī p
huiusmodi/hisce pro his/hosce pro hos:hasce/pro has. Terē-
tius. h. Ice amabo tu non insidiabere: & capiuntur hec compo-
sita (sicut & simplex) demōstratiue. Præterea in casibus desinē

Terentius

tibus in c componitur idem pronomen cum hac adiectione ci
ne vt hic cine/hæccine/hocine/huncine/hæccine haccine hec
cine & capiuntur hec omnia interrogatiue. Resoluuntur eni
per suum simplex & aduerbium interrogandi ne. Terentius.
hocine est humanum factum aut inceptum hocine est officii
um patris. i. est ne hoc humanum factum hoc ne est officium
patris. Eodem modo sicine aduerbium id est sic ue: vt sic ne
accepta beneficia rependis.

cxlvii. De translatione huius prepositionis cum.

Sæpe prepositio quæ preponit solet: postponitur:
etiã si significantia eadẽ manet: & in quibusdam
quidẽ semper: quæ sunt mecũ/tecum/secum/nobis
cũ/vobiscũ/In quibusdã quoq; nõ semper: vt qui-
cum quocũ quibuscũ. Te propter ac etiã, propter
te idem significãt: & sic quibuscũ & cum quibus:
& in his potissimum ea prepositionũ translatõ fit
quo modo enumerabimus.

Cum prepositio per anastrophe postponitur interdũ suo ca-
suali: vt semper in ablatiuis tum singularibus tum pluralibus
trium primorum pronominum ego tu sui. Interdum & ablati-
uis huius pro nominis quis vel qui. Terentiũ vt habeas qui cũ
faltites. Est michi socius quo cum familiariter viuo: sunt & a-
mici quibuscum locundissima michi est consuetudo. Aliis ite-
dem prepositionibus id cõuenit. Virgilius. Te propter eundẽ
extinctus pudor. Ouidius Te penes arbitriũ nostre, viteq; ne-
cisq;. Vir ille quo de verba modo feci adest. id tamen frequẽtĩ
carmine quam profa vñ venit.

cxlviii. clam prepositio
potius q̄ aduerbium.

Clam plerũq; prepositio est & nõnunq; aduerbi-
um: sed oratores prepositionem potius accipiunt
siue iũgantur ablatiuo vt priscianus sedit/siue actõ
quod opinatur donatus. vt clam me profec̄ s est
id est me nesciente.

Clam p̄positio ablatiuo potius iungitur. Terētius nec clam
 te est q̄ illi utreq; res inutiles sient. i. non ignoras. Interdum ad
 uerbium scilicet nullo sequēte casu & significat furtim: latēter
 ut clam ingressus ē: & ruriū clam abiēssit. Inde clanculum.
 Terētius. Inuidere oēs michi & mordere clanculum. Inde clā
 destinum: furtiuum occultum & latēs ut clandestinum odium
 clandestinum incēdium. Palam ei opposita dictio aliquando
 p̄positio est ut palam omnibus hoc factum est: aliquando ad-
 uerbium. Iuuenalis Fiēt ista palam

Terentius

Terentius

Iuuenalis.

c xlix Coram & p̄posito & aduerbium

Coram cum accentu in prima syllaba prepositio
 est: & quid significet nemo est qui nesciat: cū accē
 tu vero i vltima syllaba: aduerbium pulcherrimū
 est significans (ut ita dicam) p̄sentialiter: quo fre
 quentissime viri docti utuntur. Ut apud. M. Ci-
 ceronem Cupio tecum coram iocar i. i. p̄sentiali-
 ter. Etiam coram tecum loquor.

Cicero

Coram p̄positio in conspectu significat: ut coram iudice cau-
 sam egi. Corā senatu orationē habui id est ante senatores. Sed
 cum aduerbium est: significat p̄sentialiter. Virgilius corā quē
 queritis assū Cū michi tecū corā loquēdi non datur copia: ha-
 adte litteras dare cōstitui. Terētius. Ah vereor hos corā te lau-
 dare.

Virgilius

Terentius

c l. De aduerbiis in i & in u desinentibus.

Multa aduerbia in i exeūta etiam in ipsīs episto-
 lis sunt pulcherrima: sed hec imprimis. ruri vespī
 domi belli. Multa item in o: serio/cōsulto/postre-
 mo/falso/merito/precario. Cetera vero in eodē
 exitu desinentia haud in frequenti sunt vsū ora-
 torum. In u vero non multa sūt: diu cuius signifi-
 catio manifesta est: interdū quod est quasi infra
 mediū diei tempus / & noctu pro nocte quod ma-
 gis n̄ men. Vnde diu noctuq; dicimus.

aduerbia

Aduerbia in i terminata orationem venustam reddunt. vt iohannes ruri vitam agit. Terentius. ruri se continebat: nepe ibi aduerbium est non nomen: nominaliter enim rure dicimus.

Terentius

Terentius. ex meo propinquo rure hoc capio comodi Vespere: tempore vespertino aduerbium est Terentius. nunq̄ tam

Ouidius

ne egredior neq; tam vespere reuertor quin te in agro conspicer fodere. Ibi vespere aduerbium est: nominaliter enim in ablatiuo singulari vespere dicitur. Ouidius. Seroq; trahens a vespere nomen. multa domi egregia facta gerit: belli vitam egit pro in domo i bello Similiter aduerbia in o vt letio idest citra iocum vt serio loquor: consulto idest premeditate & ex consilio: vt consulto id feci idest debita opera siue ex industria. Sic etiam dicimus aduerbialiter composito idest ex conuentione

Virgilius

vel pacto prius in i to. Virgilius Composito rumpit vocem & me destinat are. Postremo vel postremu primo vel primu. vt te nunc postremo alloquor. Falso & vero vt hic fallo me accusat vero hanc rem cognosco: merito idest digne. vt merito te amo ob singulares (quibus ornatus es) virtutes. Precario per precas. Plynius de viris illustribus. Et quasi precario regnare cepit. Aduerbia in u sunt diu pro longo temporis interuallo: vt iam diu te videre optau. Nec dicendum est diu est q; ego te non vidi: quin potius multis ante diebus te non vidi: vel multo ante tempore michi visus non es. Inter diu tempore diturno sicut noctu tempore nocturno. vt pleraq; animalia interdum dormiunt & noctu vigilant. Diu propterea capitur nonnunquam pro diturno tempore vt diu noctuq; litteris insudandum est.

Plynius

c li. Nullus pro non

Nullus a um nunq̄ pro non: presertim sum es. est verbo adiuncto. vt nullus sum. i. interii Respublica nulla est. i. extincta est: idq; ornatissimu fuerit

Terentius
Ouidius

Nullus pro non cum verbo substantiuo nullo altero sequente nomine ponitur. Terentius. Nullus es geta. i. peristi: occidisti. Ouidius proq; viro qui nullus erat veniebat ad aras idest qui pierat. Vbi vero alus adiungitur verbis aut verbo substantiuo aliquo nomine sequente nullus: solitam habet significationem: vt nulla michi sine te est voluptas.

c lii. Presto sum idest assum vel appareo

Presto sum significat assum & fere appareo: & sic

idem aduerbium eiusdem verbi modis omnibus ac temporibus peruenuste connectitur in eadem quam modo posuimus significantia: vt presto michi fuit seruus tuus vrbem ingrediēti. i. affuit.

Presto non significat paratum vt pleriq; putāt dicētes ego sum presto tuis obsequiis sed idē est q; presēs: & verbo substantiuo per omnia tempora & modos ad ūctum: explicatur per verbum assum cōsimilis numeri personę & temporis vt cum nobis eūdem fuerit: ero presto. i. adero. Cum litteras ad te dare volui: non fuit presto mihi tabellarius. i. non affuit. Aduerbium dicit in analogia: sicut enim aduerbium adiectum verbo ipsū determinat ita nomen presto additum verbo substantiuo adi: cet ipsi more aduerbii.

c liii. licet mihi bono viro esse: vel bonum virum.

Licet michi bonum virum esse & licet michi bono viro esse: vtrunq; latine atq; vsitate dicitur: sed id posterius magis oratorum est.

Infinitiuus verbo substantiuū scilicet esse si nominatiuū antecedentem habeat: habebit & sequētē vt cupio tibi esse boni amicus & non amicū. Si vero obliquū precedētē habet vt genitiuum datiuum vel ablatiuum: eiusdem casus sequētē obliquū habere potest: vel accusatiuum post se: tamen si obliquus casus precesserit Et quis tunc diuersis casibus interponi contra verbi substantiuū naturam videatur: nullum tamen est contra grammaticę legis viciū: nam facile subauditur accusatiuus verbo substantiuo preponēdus. vt est patris esse benignū i filios. Inter est scolastici esse studiosum & modestum. Ouidius Et tute non licet esse mihi. Idē. quo mihi commisso non licet esse piam. Sic licet mihi esse docto vel doctum: probo vel probum & sic de aliis.

Ouidius

c liiii. Perpetuum & imperpetuum aduerbia.

Perpetuum & imperpetuum aduerbia pro eodē ponuntur & eis frequenter vtimur.

Ouidius
Virgilius

Perpetuum & eius compositum imperpetuum significant perpetuitatem temporis & iugem durationē. vt meus in te amorem perpetuum durabit Virtus imperpetuum manet: in illo interitu calura. Dicimus & perpetuo aduerbiū n. Ouidius Perpetuoq; uirens buxus. Sic eternum & ineternum aduerbia sunt. Virgilius Eternumq; uale dulcissime palla. Ineternum tui apud me erit memoria. Sic longum aduerbialiter pro longo tempore. Virgilius in buco. Et longum formose uale: uale inquit iolla.

c lv. Deuincio pro obligo.

Deuincio uerbum pulcherimum est: tamen precipue epistolis congruit. Significat & deuincio obligo & deuinctus obligatus: sicut & sepe obnoxius: quod non solum trito more significat quod notum est: sed etiam deuinctum.

Terentius

Deuincio interdum coniungo & uinculo connecto significat. & regit datiuum eiusdem persone cum nominatio supposito: preterea accusatiuum & ablatiuū sequēte ppositione. vt hic sibi oēs summo deuinxit amore. Ego sum tibi uera deuinctus charitate. Ob amorē illum quo uterq; mutuū deuincti sumus te ut id facias rogo. Preterea significat obligo & eandē cum priore seruat constructionē. vt sum tibi perpetua seruitute deuinctus Me tibi innumeris iisdēq; maximis beneficiis deuinctus Terentius. spero consuetudine & coniugio liberali deuinctum chreme ex his facile emer surum malis. Obnoxius itidē obligatus significat: vt quod uulgariter dicunt ego multum tenetor tibi: sic elegantius dicitur ego sum tibi plurimum obnoxius. Preterea obnoxius est subiectus vt variis casibus & morbis uita nostra obnoxia est.

c lvi. Collocare apud aliquē beneficium.

Collocare apud aliquem beneficium est alicui beneficium facere: vt apud gratos uiros beneficium collocasti.

Collocare apud aliquē beneficium est meritum & beneficium in aliquē conferre: & accusatiuo significanti persone iungit cum ppositione apud vt quicquid apud ingratos beneficii collocatur: id totum prorsus perditur. Si quid apud me beneficium

collocaueris nō me ingratum senties. Cumulare aliquem me
ritis/beneficiis/donis/muneribus: pene idem significat vt me
amplissimis(que tua est liberalitas)beneficiis cumulasti.

clyii. Gratificor.

Gratificor tibi hanc rem preclare vsurpatur pro
gratum facio.

Gratificari verbum deponens est gratum facere & datiuū
significantem personam petit adiuncto interdum accusatiuo
significante rem que grata sit cuiq; vt quod inculte dicunt fa-
cies mihi magnum placitum. sic potius dicendum est. Michi
profecto rem facies q̄ gratissimam. vel hac in re mihi non pa-
rum gratificabere. Nulium pro te laborem recusauero dū me
tibi gratificari sensero. hāc tibi rem gratificabor vel hac in re
tibi gratificabor.

clyiii. De indulgeo & ignosco.

Indulgeo sane verbum est aptissimum & splendi-
dū ornatus: quod & datiuo iungitur / & fere signi-
ficat do operam/atq; ita exponitur . vt hic nimio
somno indulget. i. nimis dormit/nimio cibo idul-
get. i. nimis comedit. de aliis consimili pacto. In-
dulgere preterea quasi concedere: est verbum lu-
xuriosam quandam designans clementiam: & in-
dulgentem patrem appellamus leniore erga libe-
ros ingenio. quare & ab ignosco plurimū differt
Est enim ignosco parco id est do veniam siue ex-
cusatū habeo. Ignosco tibi siquid(exempli causa)
admiseris sceleris. Indulgeo vero & multa agere
impune queas. Quorum verborum discrimen di-
ligentissime consideratum est.

Indulgere modo operam dare significat. Virgilius Quid in sa-
no iurat indulgere labori. hic genio indulget. i. voluptatibus
animum laxat: idulget baccho: studio. i. vino vel studio dedit⁹
est. Modo pmittit vt que velis impune facias & pro liberi a-
nimi arbitrio licenter agas. vt hic aīo indulget qui quicq; ap-
h. i.

Virgilius

Mätuanus

petit animus laxis concedit habentis. Mater indulget filio: & preceptor discipulis: qui omnia discipulos impune agere sinunt. hinc indulgentia mollicies animi: leuitasq; & citra honestum clemētia. Mantuanus blanda patrum segnes facit indulgentia natos. Nnec apud probos autores indulgentia veniam significat. vt multi credunt optantes deum concedere indulgentiam peccatorum. Nulli enim deus concedit indulgentiam. i. licentius peccādi impunitatem: sed pro sua pietate veniam cōcedit: hoc est peccit & ignoscit malo perpetrato. Ignoscere autem est commissio crimini parcere: & veniam dare: & meritam penam remittere. vt ignosce queso meo errori: quā post hac nunq̄ commissurus sum. huic culpa ignoscenda est q̄ facile veniam meretur. Ergo ignoscere ad preteritū spectat: indulgere vero ad futurū. Ignoscere bonorū est: indulgere malorum: quādoquidē bonus nunq̄ indulget vt malū ipune fiat.

clix. Tantus & quantus.

Tantus a um & quātus eodē modo se habent in oratione: vt raro alterū absq; altero ponatur vt cōcio hec tāta ē: quāta āte hac vnq̄ fuit. Tribuis mihi tantū quantū nec agnosco nec postulo. Tantū ī te est doctrine: quantū ī doctissimo solet eē viro.

Iuuenalis

Tantus & quantus sibi mutuo respondent vt alterutro precedente alterum sequatur. vt. Tanta est tua virtus quantam homines predicant. inde tantum & quantum aduerbia similem seruant annexionem vt tantum te amo quantum tua regunt merita. Iuuenalis. Quātum quisq; sua nūmorum seruat in archa: tantum habet & fidei: interdū alterum eorum subiceatur & alterum exprimitur. Iuuenalis. Crescit amor nūmi: quātum ipsa pecunia crescit. Aliquando tātum aduerbium est exclusiuum significans solum vel tantūmodo. Quintilian^o libro septimo. Nemo expectet vt alieno tantum labore sit diuersus.

Quintilian^o

clx. Talis & qualis

Talis & qualis alterutrum creberrime ponit: raro vtrumq; vt talem solemus sentire bonum virum: & subintelligimus qualem diximus. Et contra. Oratio est illustris qualis alter nullus reperitur. Verum hec de his satis.

Talis & qualis licet mutuam habeant, sepius connexionem vt cum vnum precefferit alterum fere sequatur vt talis est tua beniuolentia qualem fama prius accepi. Sepe tamen vnum sine altero ponitur vt cum quis alicuius virtutes memorauerit & subiungat. Talem profecto virum summis extollere p reco niis equum est. ibi talem relatiue sine altero expresso ponitur: Item Cicero clarissimus fuit orator: qualem & quintilianum fuisse ambigit nemo. Interdum post talis ponitur qui pro qua lis. vt talem te vnam ostendere quem omnes laudant.

clxi. Vel pro etiam.

Vel pro etiam particula in multis locis rectissime congruit vt hannibal fuit imperator vel omnium primus. Tua eximia virtus vt te amem vel maxime impellit.

Vel conjunctio disiunctiua significat aut. Quintilianus libro primo. Ipsius magistri (si tamē ambiciosus vtilia preferet) hoc opus sit cum adhuc rudia tractabit ingenia: non statim onere rare infirmitatem discendum sed temperare vires suas: & ad intellectum audientis descendere nam vt vascula oris angustia superflua humoris copiam respuunt: sensum aut influentibus vel etiam instillantibus complentur: sic animi puerorum quam tum excipere possint videndum est. Nam maiora intellectu velut parum aptos ad percipiendum animos non subibunt. Aliquando significat etiam. & tunc cum multis dictionibus: tum superlatiuis & adiectiuo solus potissimum adiungitur. vt ciceror orator est vel omnium clarissimus. Quintilianus libro primo de grammatica Quo minus sunt ferendi qui hanc artem (grammaticam intelligens) vt tenuem ac ieiunam cauillantur que nisi oratoris futuri fideliter fundamenta iecerit quicquid superstruxeris corruet: necessaria pueris: iocunda senibus: dulcis secretorum comes: & que vel sola omni studiorum genere plus habet operis quam ostentationis Denique vel pro saltem accipitur vt si non te coram videre: vel litteris tuam cognoscere valitudinem concedatur opto.

clxii. Versor.

Versor verbum in frequentissimo est vsu veterum ac disertorum hominum perdiffusaque est eius verbi significatio ac denique variis potest rationibus exponi. vt ego

h.ii

Quintilianus

Quintilianus

versor in litterarum studio. i. do operam litterarum studio. Virtus circa difficile versatur. i. virtus in difficili consistit. versamur in tenebris. i. fere sumus ac viuimus / & quasi stamus in tenebris Et (quod est exemplis superioribus declaratum) duos sibi plerumque ac frequentius casus postulat: nam aut accusatio preposita circa: aut ablatiuo in precedente. Nam cum accusatiuo ut ante fudum versari / ad portam versabatur perraro dicta sunt: sed quem admodum ceteris rebus oibus ita huic summa adhibenda est diligentia.

Terentius s
Virgilius

Versari verbum deponens significat esse siue consistere: tum gitor accusatiuo cum prepositione circa vel ablatiuo cum prepositione in. Terentius. Ah nescis quantis in malis verser miser. Hic in ciuilibus versatur negotiis. i. circa res ciuiles animum intendit illisque occupatur. Grammatica circa latini sermonis compositionem contextumque versatur: rethorica vero circa ornatum. Aliis prepositionibus adiectos casus raro admodum habet. Versor itidem passiuum est huius frequentatiuum verso as are: quod frequenter mutare aut animo agitare significat. Virgilius? Sors omnia versat. Idem. At cytherea nouas artes noua pectore versat consilia. Et tunc sicut significationem habet ablatiuam: ita & constructionem. ut omnia cetero Turbine versantur.

clxiii. eniuero si autem.

Nonumque duę particule ornatissime coniunguntur: quarum eadem sit vtriusque significatio. ut eniuero. nam per exemplum da setentia altera duntaxat sufficere poterat. & similiter si autem: cum complende setentia eo in loco aut particula nullam omnino vim habet. Sin enim per se significat sed si.

Interdum due constructiones idem penitus significantes sibi coniunguntur: quorum altera solum ornatu gratia & non maioris significationis denotande adiungitur. ut eniuero pro quia. Immel tibi gratias ago: eniuero mihi benignissime opere tulisti. Si autem signifi-

55
cat sed si quod altera pars scilicet si in per se significat. vt si vis
tutem colueris omnibus eris gratissimus: si autem secus fece-
ris & deo & hominibus eris iniuissus. Apud probatissimos aut
autores nunquam si autem significat sed si non: quibus plerique vul-
gariter loquentes id astruere conentur: & in ea significatone
accipi contendunt.

clxiiii. Quoad pro quousque.

Quoad pro quousque non minus ornate ponitur quam
latine vt volo in vrbe esse quoad tu redeas. Ita in ple-
risque locis consimiliter accipi potest.

Quoad significat quousque: & modo ad preteritum refertur: vt te
expectauit domi quoad venisti. modo ad futurum & hoc frequenter
vt te sumo. persequar amore quoad vixero. Vnde non ab re notat
Aulus gellius exactissimus autor idem tempus significari cum dici-
m. Tibi amicissimum ero quoad viuam & quoad moriar: illic enim
totius vite spatium complectitur oratio: hic vero vite terminum
& interitum: finitur autem eo primum tempore & vita & poeni-
tus eodem quo mors vitalem aufert spiritum

clxv. Suscipere.

Suscipere non solum (quod tritus / vulgatusque usus ha-
bet) significat quod est super se accipere & quod a
modo adducere aliquid: sed etiam perornate posi-
tum in epistolis commendatum habere. vt suscipit Cice-
ronem cetera in suis aduersis rebus: que utique postre-
ma significatio haud quamquam (si quis inspiciat accura-
tius) a priore illa aliena est.

Suscipere vulgata significatone est accipere. vt magnos pro
te labores suscepti multa abs te suscepti beneficia. Terentius. por-
uincia suscepisti dura. Preterea est commendatum habere: vt hunc mi-
hi amicissimum meo nomine suscipias velim. Ego tuus in negociis
te suscipiam. i. commendatum habebō: quod si quas commedatos habe-
mus illos in nostro presidio tutelaque accipere videmur.

Terentius

clxvi. Positio adiuncta negatio con-
trarii positui plerumque vim tenet.

Optima quoque ratio est vt positio cuiuspiam adiun-
cta negatio contrarii positui vim ac significatone

h.iii:

teneat: sed nō ita plene / tamē accurrate illā exple
at. cuius rei exēpla subūciamus. hic vir ē haud im
probus: significat enī fere hunc hominē: pbū po
tius q̄ iprobū eē habendū. Et philosophus haud
ignobilis / histrio nō illepidus / miles nō instren
uus / ciuis haud malus. nā i his eorūq; similibus
rectius atq; vsitatius dicitur qn̄ vis laudis cuius
dā ē: sed quasi dīnute & quasi defraudate laudis.

Cum aliquod positium exornare volumus: contrario eius
negationē preponamus tā in noībus q̄ in aduerbiis vt dedisti
ad me litteras nō iocundas. i. iocūdas. Non sū huius rei nesci
us. Johannes haud litterarū imperitus est. i. peritus. Illis em
binis negationibus affirmatiuā assertionē per liptotē denota
mus. Et quis non vlcq; adeo perfecta ē per negationē vt affir
mationē significantia: maior tamē est decor & orōnis ornat⁹
vt nō mediocrit: r te amo pro multū: nō parū gaudeo p. val
de. Histrio q̄ in scēna aliorū gestus effingit & q̄ proxime imi
tatur: Inde histrionicos motes dicimus | ex histrionatum le
uitatem gesticatoriam.

Histrio

clxvii. Peto hanc rem a te.

Quod grāmatici dicūt peto tibi hanc rem: orna
tius nec minus latine dici queat: peto hanc rē a te.
Et id plurimum Cicero in epistolis consuevit.

Peto pro postulo duos quidē accusatiuos habere potest cū
verbū sit vehementissime transitionis. Verū loco alterius ac
cusatiui personam significantis ablatiuū potius habet cū pre
positione a vel ab: vt petiuit te aux illū: sic ornatius: petiuit abs
te auxiliū. interdū & oro eiusmodi est nature. Terentius in an
dria. Imo vero nūc maxime abs te oro atq; postulo chremes.
Alia eiusdem verbi significata huic loco non conducunt: que
consulto relinquimus.

Terentius

clxviii. Conficior pro pereo.

Conficior passiuua voce crebro vsitatum est pro eo
fere quod est pereo: vt senio confectus sum. i. con

56
sumptus vt vir inops ac miser fame/frigore/dolo
re cōficitur. & sic annis/etate/& studio cōficiē / ac
merore labore senio cōfect⁹ & de aliis sic pmltis.

Conficior pro consu mor/attenuor/debilitor habet ablati-
uum sine prepositione vt animus meus dolore conficitur ob
tuā aduerlitate. Virgilius. Tum me confectū curis somnoq;
grauatum. Idē in tertio eneidis, marcie cōfecta suprema. Sic
ergo venisse dici ius: corpus labore/& animus dolore con-
fectus est. Sum confectus molestiis. Alia huiusce verbi signifi-
cata abunde apud alios traduntur hic non repetenda.

Virgilius

clxix. Ablatiuū cum participiorū tū alio
rum peruenuit am reddunt orationem.

Ablatiuū casus non participiorum solum: verū eti-
am omnium aliorum in oratione perconcine po-
nuntur: prelertim si qua fuerit temporis significa-
tio. Et de participiis quidem manifestum ē. vt re-
gnante Octouiano cesare parata est vniuerso orbi
pax quasi quate pestate regnabat octouianus ce-
sar. Et aliud. Dionysio siraculis tyrannidē geren-
te grauissima in sicilia bella gesta sunt. i. in quo tē-
pore siracusanorum tyrannus dionysius erat. Sed
eodē quoq; modo alia qdā se habent noia maxie
si dignitatū & honorū: vt Cornelio & galba edili-
bus curilibus actē sunt in theatro fabule. Quidā
addūt participiū existētib. Sed nos phibemus
(quod uenustatē orōnis nō ptinet) addi oportere
Et idē Scipione cōsule pœni deuicti sūt. Scipioē
imperatore euerfa est Numātia & reliqua huius-
modi pariter.

Cum duę fuerint orationes de supposito & apposito ad di-
uersa supposita relate & per aduerbium temporis conluncte:
ve. sum (cui aduerbium illud adiacet elegātius in ablatiuum
participii mutatur remoto aduerbio: & illius suppositum
h. iiii.

etiam in ablatiuum substantiuum illius participii. Et interdū
conuertitur ipsum uerbum in participium presentis temporis
utpote si actiuum uel neutrale fuerit: aut deponens presentis
temporis rationem habeat: ut cum imperaret augustinus noua
salus mundo exorta est: sic elegantius dicitur. Imperante au-
gusto noua salus mūdo exorta est. Cū sol oritur fugiunt tene-
brę: sic uenustus. sole oriente fugiunt tenebrę. nōnūq̄ uerbum
mutatur in participiū preteriti tēporis si uicinet passiuū sit:
aut deponēs preteritū tēpus significat. ut postq̄ tuę litterę mi-
hi reddite sunt miro affectus sum gaudio: sic. Tuis mihi red-
ditis litteris miro affectus sum gaudio. postq̄ sol exortus est
fugit umbra noctis: uenusti⁹ dicitur. sole exorto fugit umbra
noctis. Debēt autē (ut prius dictū est) ille due orōnes ad diuer-
sa referri supposita. nepe si ad unū referentur & idē suppositū:
tūc alterū uerbū nō mutandū ē in ablatiuū participii sed noīa
tiuum. ut cū domū intraui nūciū offendī: nō dicēdū est me do-
mū intrante nūciū offendī: sed domū intrans nūciū offendī.
Cū multis occupatus sum negociis non possum tuis reb⁹ intē-
dere. nō dicēdū est me distracto multis negociis nō possum tuis
rebus animū intēdere: sed multis occupatus negociis nō pos-
sum & c. nā prima oratio & secūda eodē ligantur supposito.

Preterea noīa dignitatū cōcreta posita cū noībus propriis
eorū qui illis dignitatibus functi sunt in ablatiuū trāsferuntur.
ut Cicero ne cōsule repressa est & extincta catilinę cōiuratio.
Hānibale carthaginēsiū duce uastata est italia. nec debet ex-
presse ibidē poni participiū existēs in ablatiuo. Uerbū ad ex-
plicandū orationē potest subaudiri. Virgilius in septimo enei-
dos. Nō uobis rege latino. Diuitis uerber agri troię ue opulētia
derit. Idē in bucolicis. Teq; adeo decus hoc ceui te cōsule in-
ibit. Octouianus cesar lulii in imperio romano successor q̄
toto orbe ditio ni romaniū subiectione diutius optatā pace
pacato orbi restituit: sub quo humani generis piūssimus salua-
tor salutiferā hoībus attulit pacē: cū huic orbi natus hominē
merito dānatū exilio: offenso patri recōciliauit. Dionysius si-
cile tirannus crudelis & sacrilegus: cui eodē noīe & moribus
filius in tirānidē successit: hic tandē ob suorū immanitatē flagi-
ciorum siraculis pulsus: Choriinti ludum litterariū: aperuit ut
narrat Valerius.

clxx. de genitiuis cū possessiuis pronomib⁹

Licet etiam tam grāmaticę q̄ oratorię genitiuis
q̄ orūcūq; casualiū cum possessiuis quocūq; casu

Virgilius

Octouian⁹

Dionysius
siracusanus

prolatis cūiungere: quod & Priscianus tradit. vt
 mea causa venit & ceterorum amicorum. Meum
 agrum & marci athoni populati sunt. tuo amico
 & fratris gratificare: tuum imperatorem sectare
 & coriolani. noster ac fratris amicus: Sua ille con-
 fidit & cuiū prudentia: atq; ita figuratur cōstru-
 ctio in omnibus possessiuis. hinc Terētianum il-
 lud meo p̄sideo atq; hospitis.

Terentius

Pronomini possessiuo in quolibet casu posito potest per cō-
 iūctionē copulatiuā aūgī genitiu⁹ rect⁹ a substantiuo pronois
 possessiuo. vt meā & fratris vtilitatē quero. tuū & patris negoci-
 ū cures tuo & amicoꝝ auxilio sum subleuat⁹. At sine cōiūcti-
 one media pronomina possessiua adiungunt istis genitiuis vni⁹
 soli⁹ ipsi⁹ cui⁹ q; duoꝝ ipsoꝝ triū oim/ pluriū/ paucorꝝ: i quo
 cūq; numero genere & casu ipsa pronoiā cōstituta fuerit: itē
 & participiis p̄sētis tēporis tam singularis q̄ pluralis numeri.
 Cicero. Dico mea vni⁹ opera rē publicā esse liberatā. Idē. & tu
 o ipsi⁹ aīo cōiecturā ceperis. Sic recte dicim⁹ Tua soli⁹ culpa
 plectimur oēs. Nostra oim salus in deo cōstituta est. Meū scri-
 bētis librū nō auferas. Nostra studētū cura circa litteras ver-
 sari debet. Ouidi⁹ Et flesti & nostros vidisti flētis ocellos Post
 ponitur etiā possessiuus quocūq; gñe numero aut casu positus
 relatiuū: referēs personam possidētē per pronomē possessiuū
 denotatā. vt accēpi litteras tuas: qui es mihi amicissim⁹. Susce-
 pi tua munera qui es mihi bñfactor amplissim⁹. Ouidius. Et
 mea scripta legis qui sum submot⁹ ad histū. Coriolan⁹ posses-
 siuum est deductū a coriolis vrbe volscorum: quo cognomēto
 dict⁹ est gneus matti⁹ inter romanos vir illustris: q; predictā
 volscorum vrbe ceperit. de quo Plynius libro primo de viris
 illustribus meminit

Cicero

Ouidius

Coriolanus

c lxxi. De noiatiuo possessiuo cū gētō possessoris.
 Idēq; penitus inspiciēdū sit: quandoq; etiā discre-
 tionis seu abundantię cuiusdā causa solet addi cum
 geniuo possessoris & noiati⁹ possessiuus. vt suus
 est Cati cesaris mos idest eius & non alteri⁹ Suus

titii filius heres testamento constitutus est: Suus
(vt ipse quoq; priscianus exponit) ad discretionē
eius pertinet qui secundum leges suus non est id
est sub potestate patris legitimi non est. Suus au-
tem pro vniuscuiusq; proprio accipitur: quod ip-
sum apud viros eloquentissimos frequens est.

Terentius
Suus sine coniunctione media potest iungi genituo possesso-
ris ad maiorem discretionem & certitudinem: vt sua patris be-
niuolentia suum Ciceronis ingenium. Sententię quidē necessi-
tas non exigit pronomen addi possessiuum: ad ceterorum ta-
men exclusionem & certiotem attributionem additur. Prete-
rea suus pro proprius eleganter habet post se obliquos singu-
lares huius pronominis quisq; vt scire veli que sit sua cuiusq;
sententia. Quintilianus. sua cuiq; sunt vitia sua cuiq; propo-
sita est lex / su⁹ cuiq; decor. Persius. velle suum cuiq; est nec vo-
to viuatur vno. Terentius. suus cuiq; mos. Virgilius. trahit sua
quemq; voluptas.

Quintilian⁹
Persius

Cicero
c lxxii. Quid distant die quarto & die quarta.

Quintus
Die quarta (vt nonius marcellus etiā testis est) &
die quarto nō idem significant: sed masculino ge-
nere preteritū tempus designatur: foeminino fu-
turum, quod vetustissimi tamē aliter protulerūt:
vt sic die quarto pro eo quod aliter nudiusquar-
tus dicitur nudius tertius & itidem de aliis.

Corollaria
Nomen dies cum masculino genere nominis ordinalis posi-
tum: preteritum tempus apud antiquos significabat vt die ter-
cio. nudius tertius quod barbare dicunt ante heri die quarto nu-
dius quartus & ita deinceps. Sed foeminino generi nominis or-
dinem significantis additum significabat tempus futurum vt
die tertia: id est perē die quod inepte dicūt postcras sic die quar-
ta. l. sequēte die phēdinū hec tamē differētia nō vsq; quaq; ser-
uata ab autorib⁹ cōspicit: quipoci⁹ dies in masculino genere
diurnū tēp⁹ siue pteritū siue futurū significat. In foeminino au-
tē genere tēp⁹ icertū & lōgā tēporis morā notat. vt 1⁷ dies
hoī docuit parere leonē. lōga dies hoiez exptū reddit ac efficit

c lxxiii. Quid iter est inter tua causa & tua causa feci.

Mea causa & mei causa / tua causa & tu causa & ita
i aliis pronomibus possessiuis (vt doctiores te
stant) dici possunt sine vlllo discrimine: nec proce-
dit illa differentia a quibusdam non indoctis ex
cogitata

Autor seruiū seruit⁹ inter has orōnes tua causa feci & tui cau-
sa feci differētiā ponit his verbis. Tua causa feci & tui causa fe-
ci (ne preter veterū & doctōrū cōsuetudinē aliquid efficiam⁹)
inter sese haud mediocriter discernunt. Nā tui causa dicimus
si quid ei ad quē sermonē vertim⁹ p̄stiterim⁹ vt tui causa ad an-
thonii castra profect⁹ sū: quod est te tuēdi gratia. Sed tna cau-
sa: cum tua (vt ita dixerim) cōtēplatione aliquid alteri p̄stite-
rim⁹: vt tua causa fratris tui causam egi. Verum laurēt⁹ vallē-
sis de lingua latina bene meritus primo capite secundi libri e-
legantiarū clare ostēdit hāc differētiā a prisca doctissimoꝝ
viroꝝ autoritate & vsu lōge esse alienā: probatq; nō inualidis
exēplis nihil interesse inter has orōnes quib⁹ nomē causa cū
possessiuis pronōib⁹ aut genitiuis primitiuorū iungit. Quem
imitatus Guido iuuenalis in lingua latina nō mediocriter eru-
ditus: hunc auctoris textum altero qui cōmētario premittitur
textu permutauit: veriorēq; laurētii vallēsis sentētiā paullis ex-
plicuit. Vnde aliqua sunt noīa que pronomib⁹ possessiuis iū-
gi quidē possunt sed nō genitiuis primitiuorum: vt tua virtus
non tui: mea longitudo non mei: sua pulchritudo: nostra pru-
dētia vestra probitas: non sui: nostri: vestri. Alia sunt que sine
vlllo discrimine in eademq; significatione & possessiuis iungū-
tur & genitiuis primitiuorum: vt mea causa & mei causa: mea
fama: & mei fama: mea imago & mei imago mea forma & me-
i. Terentius. Hem tot mei solliciti sunt causa vt me explēunt.
Potius tamen & vsitalius (vt sentit laurentius valla) possessiuis
pro noībus adiungunt. Alia & genitiuis primitiuoꝝ & pronō-
minib⁹ possessiuis iungunt hāc differētiā: q; genitiuis primiti-
uoꝝ adiuncta passiua habent significantiam: possessiuis autē
addita: actiuam. qualia sunt amor/odiuū fastidium/copia vt
litas/vsus/memoria/ & similia. vt amor meus quo ego amo: a-
mor mei qui habetur de me. Ouidius. Vror amore mei. Virgi-
lius. Victus amore tui cognato sanguine victus. Sic odium
meum quod in alterum habeo: odium mei quod quis habet in
me. Memoria mea quam de aliqua re habeo: memoria mei

Terentius

Ouidius
Virgilius

que habetur de me. Deniq; aliqua & genitiuis primitiuorū & possessiuis pronomiuis differēter iunguntur non eadē quā pcedētes dictiones differētia: sed altera: q̄ scilicet cum genitiuis primitiuorum adiuncta partem integram vel aliud quipiam eēnāle rei significare p̄ illum genitiuum pronomiuis portant. At cum possessiuis adiuncta partem possessionis aut quicq; extrinsecam habitu dīnē ad rem pronomiuis demonstratam retinēs significant qualia sunt pars: dimidium: medium: mēbrum: quid/ aliquid/ multum. vt pars me. idest ame possessa pars mei idest corporis: dimidium meum quo I possideo: dimidium mei idest medietas corporis. quare nichil tui habēs bene aliquid tuum habeo.

c lxxiiii. De differētia inter genitiuos primitiui & possessiui

Hi genitiui primitiuorum mei tui sui nostri vestri semper capiuntur passiuē vt hic gerit curam nostri idest curat nos seu curamur ab illo. Sed mis tis & sis nostrum & vestrum capiebantur actiuē & possessiuē. Sed mis tis & sis exoluerunt idest ab vsu recesserunt. nostrum vero & vestrum partitiuē sepe ponuntur vt nemo nostrum/ nullus vestrum. quorum locum occupant & naturam pronomia possessiua me⁹ tu⁹ suus noster & vester

Priscianus sētētiam autor ponit genitiuos primitiuorū mei tui sui differre a possessiuis: q̄ hec duplicā illa vero simplicem possessionē denotāt: sic inquit. Et quia aliquid de his que ad possessionē spectāt locuti sumus: haud ab re fuerit differētia illam proferre in medium que inter genitiuos primitiui est & possessiui. vt mei tui sui nostri & vestri. Quam tandē pulcherrime priscianus exponit Vox nanq; est eadē: at vis ipsa longe diuersa: cum genitiui primitiui simplicē significāt possessionē: possessiui vero duplicē vt mei amicus idest meus amicus Sed mei filii amicus duplicē possessionē continet: alteram meam in filio. alteram in amico: quod eo subiecitūmus ne oronatum requirimus verborum vim ignoremus ipsam a. 2. in etorē quēpiam incidamus. Sed nunc institutum prosequamur.

hec autor. Verum laurentius valla primo secundi libri elegantiarum capite manifeste ostēdit genitiuos primitiuorum nullo pacto possessiue capi. Cuius eum rationibus tum exemplis inductus Guido iuuenalis textum auctoris hoc ante commētarium prefixo textu commutauit: & laurentii vallengis determinationem breuibus perstrinxit: qua primum disserit genitiuos primitiuorum mei tui sui nostri & vestri semper apud autores passiuē caſi: vt desiderio tui huc veni. Te mei (vt arbitror) cepit tedium quare nominibus possessionem aut proprietatem accidentalem denotantibus (q̄ hec actiue significēt & possessiue) hi genitiui non iunguntur vt non recte dicimus liber mei aut anima mei. Erant prædictis pronomibus primitiuis & alti genitiui scilicet mis tis sis actiue & possessiue significantes Vnde (vt coniectura deriuationis ducor) poete in datiuo singulari interdum mi dicunt pro mihi. Virgilius. O virgo noua mi facies inopiaue surgit Ouidius Nec mihi centauro potuere resistere nec mi Archadie vastator aper. Ceterū hec tria mis tis sis ab vsu recesserunt. & nostrum & vestrum (que partitōnem significant) partitiuis nominibus adiūgi debent: vt quis q̄ nostrum hoc facturus est: nemo vestrum hoc fecit. Genitiuorum autem quōdam actiue significantium locū obtinet pronomina deriuatiua & possessiua meus tuus suus noster & vester semper actiue capta: vt meum desiderium quo aliquid desidero meum tedium quod in alterum habeo. q̄ differenter ergo genitiui primitiuorum & pronomina possessiua eisdem nominibus vel vt dictiones recte vel vt adiectiua iungantur superiori precepto abunde dictū est: & a laurentio vallengis in principio secundi elegantiarū libri diffusus, declaratū.

Virgilius
Ouidius

clxxv. In mentem venit.

Hec res michi in mētē venit dicitur: & cum genitiuo huius rei michi in mētē venit: nec michi curę est an p̄ notio genitiui positus sit Vtrūq; vero non solum poetę sed etiam marcus Cicero vsurpauit.

In mentem venit pro occurrit nominatiuum interdum ante se habet: vt ille dies mihi in mentem venit quo a te discessi. Interim non inatiuus ille in genitiuum transit vt illius facti mihi in mētē venit. Terentius: cum eius aduēti mihi in mētē Terentius

Virgilius

venit quid tibi dicturus eram Virgilius. non venit in mentam quorum confederis aruis. Sic dicimus Cogitanti michi quid adte scripturus essem in metē venit te de mea valitudine certiorē facere. Non venit mihi in metē illi salutes dicere. Cum autem genitiuus preponitur sub auditur nominatiuus recordatio. Cicero, huius tēporis venerat in metē. sub audicdū est recordatio illius temporis.

c lxxvi. Detēporum cōmūtatione

Oratores sicut & poetę per sepe presentibus tēporibus vtūtur pro preteritis: nonnunq̄ & pro futuris: verū id quidem multo rariū. Sed contra haud crebro fit nisi forte inq̄ verbum quod futuri temporis est: preteriti loco vel presentis accipiamus. Sed multa que super his dici possūt in aliud quoq; tempus seruiamus.

Terentius
Virgilius

Temporis pro tēpore comutatio plerūq; ab autoribus vsurpatur. Terentius, quod si fit: per eo funditus. i. peribo. Virgilius. Et oīs humo fumat neptunia troia: id est fumauit. Et potest hec tēporum cōmutatio sex modis fieri. primo presēs in preteritum / secundo presēs in futurum / tertio preteritum in presēs / quarto preteritum in futurū / quinto futurum in presēs / sexto futurum in preteritum. Quorum omnium exēpla tum ex poetis tum ex oratoribus abunde occurrent si quis accuratius eorum scripta lectitauerit.

c lxxvii. Similis datiuo & plenus genitiuo.

Similis & plenus noīa (quorū prius datiuo iūgūt posterius etiā ablatiuo) oratores vt plurimū ac sepe sepe genitiuo iūgūt: vt similis es tuorū maiorum: dignitatis & officii es plenus: nonnunq̄ vero sed peraro proferunt cū superioribus casibus.

Similis nomen genitiuū iūctū: morū & factorę frequētē similitudinē significat. Vt hic sui patris & optimi quidē viri est similis Sepe solet similis filius esse patris: Sed datiuo similitudinē figure corporalis & mēbrorum potius denotat.

Virgilius. Omnia mercurio similis vultumq; colorq;. Idem
 Os humerosq; deo similis. Plenus vero interdum ablatiuo iū
 gitur: vt liberalitate & benignolētia plenus Frequētius tamē cū
 genitiuo vt hic virtutis est plenus & probitatis. Sic refertus. i.
 replet⁹ aliquādo ablatiuū habet vt refertus laude: aliquādo ge
 nitium vt cum transit in vi nominis. vt Audiui eam vrbē scele
 ratissimorum hominum esse refertissimā hic locus doctorum
 virorum refertus est.)

Virgilius

c lxxviii. Vt imperatiuis subiunctiua verba iunguntur.

Sepe numero etiā maioris significantie causa vel
 ornatissime imperatiuis subiunctiua verba iungunt
 quod Cicero sepe efficere solebat. quale est illud
 cura vt vir sis: & alio loco scribens ad filium: effi
 ce & labora vt exellas.

Post verbum imperatiui modi ornatè ponitur verbum futu
 ritēporis optatiui vel presentis cōiunctiui. Siquidē quod ver
 bo imperatiuo imperamus aut amonem⁹ vt quis faciat: sequē
 te verbo optatiui vel cōiunctiui modi cōmode explicam⁹. Et
 id quidē cōiunctione vt nōnunq̄ interposita. Cicero. Cura vt
 valeas. effice vt omnes te amēt & cōmēdēt. Interdum elegan
 ter omittitur particula vt Prudentius. Fac cum vocante fom
 mo: castum petas cubile frontē locunq; cordis / crucis figura si
 gnet. Virgilius. Infani feriant sine littera fluctus. Ouidius Me
 nia fac cōdas boetiaq; illa vocato. Sic dicamus fac me ames.

Cicero

Prudentius

Ouidius

c lxxix. Curritur cenatur prandetur

Decurritur spacium / cenatur rhombus / prandēt
 turtur & consimilia pulcherrime dicuntur.

Verba neutra interdū transeūt in vi vērboꝝ trāsitioꝝ & ac
 cusatiuū habēt & vocē passiuā vt magnū decurri spaciu / prāde
 b'm⁹ p'icē / cenabim⁹ panē. Hic passiuē dicim⁹ spaciu decurri
 ē / piscis prādeēt / panis cenat. Et hoc nō mō de verbis neutris
 trāsitioꝝ q̄ vocē passiuā solū i tēis p'ois (nisi p' p'opopeiā eis
 & i p'ia & sedā vtamur) habēt: id vērē ē: quietiā de absolūtis.
 vt p' c'eflē a filiis / frater amē deploratur / hic participia p'eri
 ti tēporis p'ertūq; a verbis neutris formata inueniunt vt regna
 tus / triūphatus / fletus / deploratus / intratus / requetus / vigilatus

Virgilius
Ouidius'

Virgilius. Acri quondam regnata lycurgo. Idem. Ille triūpha
ta capitolia ad alta chorinto. Ouidius. Visaq; & intrata est al
te mihi curia troiæ. Idem Et deplorata colonis vota iacent.
Idem Da requiem requietus ager bene credita seruat. Idē. nō
mihi grata dies: noctes vigilantur amare.

clxxx. Vt transitua verba
obsolute proferuntur.

Atq; vt absoluta iter dū verba obliquis casib⁹
iūguntur ita trāsitiua quoq; nōnūq; nō solum pro
grāmaticoꝝ more sed etiā p oratorū cōsuetudine
absolute p̄ferūtur. p̄sertim vero si qua sui passio cū
actione ipsa significat qualia illa sunt amo/lugeo/
rideo/metuo: que cum transitua sunt: nunc ab solu
te pro feruntur.

Virgilius

q; absoluta vim transituorum habentia obliquis iungantur
q̄ plurima auctorum exēpla magnifeste comprobant. Virgil⁹
Formosum pastor choridō ardebat alex im. t. ardē: er amabat
Ediue: so transitua interdum transeunt in vim & naturā ver
borum absolutorum & sine: obliquo ponuntur: presertim cū
passionē actioni coniunctam significant. Ouidius. Et si quid
faciam nunc quoq; queris amo. Virgilius Ardet amans dido
traxitq; per ossa furorem idest amore capta Ouidi⁹ ridere ab
solute ponit cum dicit. Risit & o vatum stolidissime falleris i
quit. Virgilius autem transitue cum inquit. Ille dolum ridēs.
Sic cum dicimus lugeo patrē transitue ponitur nam accusari
um regit inquē suus transit actus At cum dicim⁹. Merore cō
fectus lugeo: ibi absolute ponitur: cū no regat obliquū in quē
suus transit actus.

Ouidius
Virgilius

c lxxxi. De terminatis in bñdus.

Que in bñdus exeunt noia: nō tā similitudinē si
gnificāt (quod pleriq; arbitrātur) q̄ abūdantiam
quandā poti⁹ ac vehemētīā. vt gloriabūdus nō tā
gloriātī similis: q̄ abūde sese/vehementerq; fe
rēs. quā opinionē eloquētīū atq; eruditissimorū
hominūq; vbiq; testimoniis cōprobatā tu quoq;

firmiter amplectere. Nā (vt alios omittā) Aul' Ge
lius auctor pbatissim⁹ ex sentēcia quoq; doctissimi
apolliaris iquit: errabūd' diciť qui lōgo atq; abū
